

1247, tra il 6 e il 13 Novembre

*Il Cardinal Legato d'Italia, Rainerio Capocci, concorda con gli Spoletini alcuni capitoli, e conferma loro il dominio e i privilegi<sup>(1)</sup>.*

Nos Rainerius miseratione divina Sancte Marie in Cosmedim Diaconus Cardinalis in Patrimonio Ecclesie, in Tuscia, Ducatu Spoletano et Marchia Anconitana vice Domini Pape gerentes Notum facimus universis presentes litteras inpecturis, quod Spoletanorum conversionem ad obsequia et devotionem ac fidelitatem Sancte Romane Ecclesie affectantes, et ut ad ipsius gremium et mandatum communiter et concorditer revertantur et suis et nostris beneplacitis se coactent, petitiones eorum decrevimus exaudire quantum indulte nobis auctoritatis possilitas se extendit. Hinc est quod eorum postulationibus inclinati ipsos ad fidelitatem et devotionem Sancte Romane Ecclesie redeentes et persistentes sub nostra spetiali protectione et defensione subscipimus concedentes eisdem si statim redierint et perseveraverint in fidelitate ac devotione Sedis Apostolice auctoritate qua fungimur que inferius exprimuntur. In primis videlicet, omnia tenimenta, castra et jura que olim habuerunt et tenuerunt per annum antequam inter Ecclesiam romanam [pag.289] et Fredericum nunc depositum quondam Romanorum imperatorem discordia oriretur prout inferius declaratur, silicet Collem revaliosum cum Pisignano et Campellum cum hominibus et tenimentis suis, Castrum Cerreti cum homiñ. et tenimeñ. suis, Paternum cum homiñ. et tenimeñ. suis, Sellanum. et tenimeñ. suis, Mugnanum et Roccham albrici cum homiñ et tenim. suis, Collem gregani cum homiñ. et tenim. suis, Roccam paterni cum homiñ. et tenim. suis, Castrum vallis cum homiñ. et tenim. suis, Castrum Sancti Felicis cum homiñ. et tenim. suis, Villas Gepe rosciani et Criptis narci, Castrum Sancte Anatolie cum homiñ. et tenimen. suis, Roccam Acharini cum homiñ. et tinim. suis, Castrum Bufonis cum homiñ. et tenim. suis, Castrum Bactiferie cum homiñ. et tenimeñ. suis, Scopplum, Alodorum, Castaneam Cupam, Villam Curdiliani et Casalis cum homiñ. et tenimeñ. suis, Scopplum Pignarium cum homiñ. et tenimeñ. suis, Costam Montis Martani usque ad summitatem montis, et exit inter palatium filiorum Albrici et Muricem et venit per ....<sup>(2)</sup> et capit Bufilianum et descendit ad tatarenam per pedem Calvesani cum tenimeñ. suis, plebatum Sancti Brizii, Villam Beroyte et Villam Azzani cum hominibus et tenimentis suis, castrum Pizoli cum pertinentiis suis, Lapperinum, Ancajanum et Cisellum cum pertinentiis suis, et omnia castra villas et loca ac homines existentes infra loca predicta usque ad Civitatem Spoleti, concedentes et confirmantes comunia comuni Spoleti et spetialia spetialibus personis in fidelitate Ecclesie persistentibus et omnes eorum bonas consuetudines eisdem conservabimus. Preterea concedimus dicto Comuni omnia jura que habet ipsum comune in Castro Postingniani, in Castro Camori, in Castro Pontis, in Castro Pizoli, in Castro Jovi, in Castro Polini, in castro Arronis, in Castro lacus. Item concedimus dicto comuni Spoleti totam terram Arnulforum, Vallem Pracle et Castrum litaldi, et Normaniam ac etiam Abbatiam de Ferentillo et castrum de Collestatti, prout olim habuerunt et tenuerunt antequam esset concessa terra Abbatie per Abbatem de Ferentillo Ecclesie romane. Preterea concedimus dicto comuni omnia jura que Comunis de Fulgineo habet in Castro Trebis; concedimus quoque eidem comuni Castrum Jani, Castrum Castaniole, Castrum Montecle et Ca [pag.290] strum Mazzani cum hominibus et tenimentis eorum. Insuper concedimus dicto Comuni Spoleti quod Ecclesia romana vel officiales ejus non recipiant proditores Ecclesie et communis Spoleti in gratiam Ecclesie absque voluntate communis Spoleti, illos videlicet quos comune Spoleti adsignabit pro proditoribus et suspectis. Concedimus etiam comuni Spoleti liberam potestatem concedenti statuta more solito sicut actenus faciebant cum in fidelitate Ecclesie morabantur, et etiam eligendi potestatem et officiales catholicos sicut tunc temporis faciabant et sicut ipsi comuni placuerit; et quod omnes principales questiones tractentur in curia Spoleti, et quod ipsa curia Spoleti possit cognoscere da appellationibus a centum libris lucensium infra, secundum capitulum constituti Spoleti. Preterea remitteremus eidem Comuni Spoleti omnes offensas et penas et banna imposta per officiales Ecclesie romane. Item quietamus et absolvimus dictum comunem ab omni pecunia expensa actenus per Ecclesiam romanam pro ipso comune Spoleti, seu occasione ipsius, tam pro muratione et defensione civitatis

eorum, tam pro custodia castrorum; ita tamen quod si aliqua pecunie quantitas data fuit ab Ecclesia, seu officialibus ejus alicui spetiali persone de Spoleto, spetialiter possit pecuniam ipsam exigere et repetere. Item concedimus dicto comuni Spoleti quod Ecclesia romana non faciet seu fieri faciet in Civitati vel districtu Spoleti de novo aliquod castrum seu turrem vel palatum; seu aliquod factum habebit pro facto, et non tenet nec tenebit illud Ecclesia absque voluntate communis Spoleti. Preterea concedimus dicto comuni quod ad refectionem seu reedificationem palatiorum, turrium et domorum distractarum olim per officiales et nuntios depositi Friderici ac per ipsum comune minime teneatur, et quod occasione ipsa non possit molestari seu inquietari dictum comune ab aliquo vel gravari. Preterea dicto comuni concedimus quod extra ducatum non teneatur exercitum facere, nec etiam per ducatum ultra octo dies nisi de comuni eorum fuerit voluntate, nec aliquis de Civitate Spoleti invitus extrahi valeat absque voluntate communis Spoleti vel consilij generalis, vel maioris partis consilii, proditoribus communis Spoleti exceptis, illis videlicet qui proditores maiori parti Spoleti consilii videbuntur. Et hoc nostrum privilegium faciemus dicto comuni a domino Papa et fratribus confirmari duraturum quamdiu Spoletani in fidelitate et devotione Sedis Apostolice morabuntur. In cuius rei testimonium presens privilegium nostri sigilli facimus munimine roborari. Datum Narnie. Idus novembbris, pontificatus domini Innocentii pape quarti anno quinto.

(1) Diplom. nell'Archivio Comunale di Spoleto, trascritto nel Reg. ai fogli 15, e 104. La data ha *idus nov.*

(2) Laguna nell'originale; nel Dipl. di Federico v'è *Riguzanum*. Trovasi qualche varietà nell'ordine dei nomi di questi luoghi e nei modo di scriverli, nei tre esemplari del presente privilegio, ma non vi è dubbio che siano gli stessi e nello stesso numero in tutti.

### XLIII.

1248, 20 Maggio

*Breve onde Innocenzo IV conferma il privilegio del Cardinale Rainerio<sup>(1)</sup>.*

Innocentius Episcopus Servus servorum Dei, Dilectis filiis Potestati et Comuni spoletanis salutem et apostolicam benditionem. Exigentibus vestre devotionis meritis, votis vestris libenter annuimus, et petitiones vestras quantum cum deo possumus favorabiliter exaudimus. Cum igitur, sicut ex parte vestra fuit propositum coram nobis, dilectus filius noster Rainerius Sancte Marie in cosmedim diaconus Cardinalis tunc Apostolice sedis legatus quedam vobis duxerit concedenda, nos vestris supplicationibus inclinati quod soper hoc per eundem cardinalem provide factum est, ratum et gratum habentes, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Lugduni xiii. kal. junii, pontificatus nostri Anno sexto.

(1) Reg. Fogl. 16, e 105.

### XLIII.

1248, 20 Maggio

*Breve onde Innocenzo IV conferma il privilegio del Cardinale Rainerio<sup>(1)</sup>.*

Innocentius Episcopus Servus servorum Dei, Dilectis filiis Potestati et Comuni spoletanis salutem et apostolicam benditionem. Exigentibus vestre devotionis meritis, votis vestris libenter annuimus, et petitiones vestras quantum cum deo possumus favorabiliter exaudimus. Cum igitur, sicut ex parte vestra

fuit propositum coram nobis, dilectus filius noster Rainerius Sancte Marie in cosmedim diaconus Cardinalis tunc Apostolice sedis legatus quedam vobis duxerit concedenda, nos vestris supplicationibus inclinati quod soper hoc per eundem cardinalem provide factum est, ratum et gratum habentes, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Lugduni xiii. kal. junii, pontificatus nostri Anno sexto.

(1) Reg. Fogl. 16, e 105.

#### XLIV.

1248, 22 Maggio

*Breve per cui lo stesso pontefice concede agli spoletini libero commercio nel regno di Sicilia e di Puglia<sup>(1)</sup>.*

Innocentius Episcopus Servus servorum Dei, Dilectis filiis Potestati et Populo Spoletano fidelibus nostris salutem et apostolicam benedictionem. Inter alia retributionum premia que propter vestre fidei firmitatem estis a Sede Apostolica suo loco et tempore, dante domino, accepturi, vobis ad presens [pag.292] in ipsius sedis devotione persistentibus talem gratiam auctoritate presentium indulgemus ut in Regnum Sicilie, et Apuleam deferre indique referre, ire libere et redire, vendere ac emere in eisdem que vobis necessaria et utilia esse videritis libere ac absque pedagio et cuiuslibet alterius generis exactione possitis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Lugduni, xi kal. junii, Pontificatus nostri Anno Sexto.

(1) Reg. Fogl. 19, e 106.

#### XLV.

1251, 28 Novembre

*Spoletto, a persuasione di frate Orlandino, elegge i sindaci a stipulare la pace fra le due parti in che era divisa<sup>(1)</sup>.*

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen, Anno Domini Millesimo ducentesimo quinquagesimo primo, tempore sanctissimi Innocentii pape quarti, inductione nona et die martis, tertio exeunte mense novembr. In contione ante palatium communis Spoleti ad sonum campane, per voces preconum, et sonum tubarum more solito congregato, placuit omnibus hominibus de contione, nullo contra dicente ad petitionem fratris Orlandini de ordine fratrum predicatorum quod omnia que sunt scripta in carta publica per Andream notarium, de voluntate duodecim bonorum hominum in ipsa carta scriptorum, sint firma et rata et inviolabiliter observentur. Item ibidem dominus Corradus de Mevania potestas Spoleti cum voluntate hominum existentium in ipsa contione, nullo contra dicente, fecit, constituit et ordinavit syndicum communis Spoleti et pro ipso comuni dominum Johannem Massei ad recipiendam promissiōnem a syndicis partium de pace tenenda et observanda et ad promittendum pro comuni ipsis syndicis, et ad quidquid super hiis necesse fuerit faciendum sub pena mille marcharum puri argenti de bonis communis. Item dominus Thomas Hen [pag.293] rici factus fuit in ipsa contione syndicus pro parte baronie et per homines ipsius partis, et dominus Thomas transarici factus fuit ibidem syndicus pro parte Zaganie et per homines ipsius partis ad pacem faciendam et tenendam in perpetuum, sub pena mille marcharum argenti

a qualibet parte promissa. Qui syndici statim post hoc promiserunt inter se vicissim et syndico communis facere et tenere perpetuam pacem inviolabiliter quilibet sub pena mille marcharum puri argenti. Item predicti syndici juraverunt corporaliter ad evangelia dei super libro tactis sacrosanctis in anima populi et partium, verbo et voluntate hominum existentium in contione, hec omnia observare et facere et non contravenire in aliquo.

Item predicti syndici et alii de contione promiserunt vicissim inter se esse unum comune Spoleti, et voluerunt aboleri nomina partium, et signa armorum partium et semper esse unum comune et semper esse sub dominio et fidelitate Sancte Romane Ecclesia et ad mandatum domini Innocentii pape quarti et suorum fratrum Cardinalium. Et predicti syndici partium de voluntate capitaneorum et alii infrascripti abiuraverunt et renuntiaverunt omnibus juramentis factis quilibet pro parte sua. Item ad majorem firmitatem isti sunt qui juraverunt facere et observare pacem et alia que continentur in carta publica scripta per Andream notarium de voluntate duodecim bonorum hominum ad hec prepositorum una cum fratre Orlandino, et alia supra scripta. Imprimis Dominus

Phylippus Baractalis	Petrus Saraceni
Simon Oddonis	Dñs Abadingus Sansi
Dñs Johannes Johannis	Dñs Leonardus Vivieni
Dñs Berardus Garanis	Dñs Blasius Ofreducii
Dñs Ofreducius de Ponte	Dñs Gregorius Egidii
Rodulfus Transarici	Dñs Rainucius Jannis Phylippi
Massius Palmerii	Dñs Rainaldus Bovazani
Bartholitus dñi Simonis	Gozzus Tiralocti
Dñs Simon dñi Simonis	Rogerius dñi Donatdei
Dñs Phylippus Palmerii	Jacobucius Massei Rogerii
Gonzolinus dñi Henrici	Simon Pauli
Jannes dñe Marie	Dñs Jacobus Rogerii
Transmundus dñi gentilis	Berardus Jannis
Dñs Andreas Petroni	Dñs Phylippus Jacobi
Gualterius Salvi	Benvinutus Scangii
Dñs Masseus Egidii	Guilielmus Verroni
Jonturitus dñi Johannis	Bonus Scangius Egidii
Dñs Phylippus Birri	Jacobus Johannis Homodei [pag.294]
Jacobus Thome	Dñs Jacobus Massei
Petronus Rainaldi	Dñs Nicolaus Centro
Dñs Andreas Centro	Fidantia Neronis
Thomas Petri Bonagine	Dñs Jacobus Zachei
Intendi Bonavise	Dñs Egidius Machabei
Egidius dñi Corradi	Thomas Florentini
Pane Bartholi	Paulus Forturi
Jacobus Jannis	Stefanus macellarius
Marcus Manentis	Angelus Leonardisii
Androcius Massei	Jacobus Villani
Corradus Gualterii	Simaronus Massei
Gaudente	Bonadies Phylippi
Dñs Egidius Manentis	Angelus Martorellis
Munaldus Zarbonelli	Johannes Jacobe
Petronus Angelerii	Gervaldus Marescotti
Paulus Oddonis	Paulus Marini
Berardus Jannis dñe Marie	Phylippus Johannis Rainucii
Phyliponus Petri	Johannes Bonaionte
Jacobus Leonardi	Paulus Marinocii

Angelus Melioris	Barbaiañis
Temperantia	Giliolus dni Gregorii
Rubinus Leonardi	Thomas Shirlaclate
Jacobus Massei ruce	Leonardus Marasie
Lucaronus Jacobi	Savinus not.
Caniaronus fab.	Blasius Panari
Marochinus	Bartholus Gructurani
Lambrocturus	Antolinus
Dñs Spoletus Gregorii	Blasius Bartholi
Rainaldus dñi Gentilis	Angelus Rainucii
Paulus Jannis Mardochei	Barnabeus magister
Paulinus Mathei	Lancerius Petroni
Andreas Johannis	Baractalis Palmetere
Gregorius de palatio	Jovannucius Massei
Bodionus Jacobi	Trasmundus Bentivegne
Latinonus Jannis	Spoletus Grimaldi
Girardonus dñi Giliberti	Paulus Angelerii
Dñs Transaricus Magalotti	Jovannonus Egidii Spoleti
Manentonus dñi Simonis	Phylliippus Artorii
Jacobus Ade Alesii	Dñs Berardus judex
Henricus Petri	Rubeus Consilii
Phylliippus Bonifantis	Julianus Guillelmi
Thomas Rainaldi	Spoletus Traduti
Dñs Leonardus Simonis	Ascaronus Jacobi Uguacionis
Dñs Paulus Gualterii	Angelus Oddonis [pag.295]
Mancinus Ade	Rinaldo Blasii
Marchese	Ofredonus Marini
Angelus Andree	Dñs Bonjohannes judex
Zencus Andree	Rubeus Brancuti
Paulus Salingradi	Simaronus Nicolai.

Hec acta sunt in ipsa contione presentibus domino Masseo Egidii, dño Blasio Ofreducii, dño Rainaldo Bovazani, dño Abadingo Sanxi, dño Pantolo judge comunis Spoleti, dño Bonjohanne judge, dño Transarico Magolotti, magistro Berardo, et magistro Rainaldo notar. comunis Spoleti et aliis de contione.

Ego Andreas Salerii notarius hiis omnibus interfui et mandato et auctoritate domini Corradi potestatis Spoleti, et mandato et rogatu dictorum syndicorum et voluntate hominum existentium in contione, predicta omnia et singula scripsi et ad perpetuam rei memoriam in publicam formam redigi.

(1) Reg. fogl. 14, e 102.

## XLVI.

1254, 9 Marzo

*Il Comune di Spoleto rinnova le convenzioni con gli uomini di Castelritaldi<sup>(1)</sup>.*

In dei nomine amen. anno dñi millesimo ducentesimo quinquagesimo quarto, tempore dñi Innocentii pp. quarti, die VIII intrante martio. Indictione XII. hoc quidem tempore Philippus Albertucij Rusticelli de Castrolitaldi syndicus seu procurator hominum populi dicti loci ut appareat per instrumentum ipsius syndicarie sive prociationis scriptum per manum Rodulphi notarj sponte, nomine et vice dictorum hominum sive pro hiis hominibus sponte promixit et convenit Bonajuncte angnicti syndico communis

Spoleti, recipienti nomine et vice dicti co [pag.296] munis et pro ipso comune, emere domos sive casalena et habere repostimia in civitate Spoleti a steccatis carbonarie intus, et dare collectas in civitate predicta sicut alii cives Spoleti et secundum ordinamentum et dispoxitionem consilii, scripti manu mei Simonis notarii, et facere exercitum et alia servitia ut alii cives Spoleti ad mandatum et voluntatem communis Spoleti, dummodo quod unusquisque ipsorum hominum emat domum sive casalenum a steccatis carbonarie intus versus civitatem Spoleti valentia sive valentium decem libr. luc. adminus pro utraque domo sive casaleno hinc ad proximas Kalendas madij, hoc reservato quod illi qui non poterint emere domum sive casalenum remaneant in arbitrio potestatis Spoleti dummodo quod illi qui non poterint emere domum sive casalenum habeant continue quolibet anno repostimum sive repostimia in civitate Spoleti de bonis ipsorum sive bona predictorum, excepto vino quod liceat eis habere apud dictum locum Castrilitaldi, pro quibus dictus Bonajunta adgnicti syndicus communis Spoleti, nomine et vice dicti communis Spoleti et pro ipso comune Spoleti, ut appareat per instrumentum dicte syndicarie seu procurationis scriptum manu mei Simonis notarii, promixit et convenit Phillipo albertucij rusticelli syndico communis Castrilitaldi recipienti nomine hominum populi dicti Castri quod non cogantur habitare in civitate predicta nisi pro ipsorum velle, nec prestantiam nec mutuum facere aliquo tempore, et quod bona ipsorum hominum de predicto loco extimentur per unum hominem electum ab eis cum uno alio homine de civitate Spoleti, electo a comune Spoleti ad dictam extimationem faciendam tempore quo extimantur alia bona hominum de Spoleto. Item quod possint predicti homines dicti loci eligere unum baiulum qui sit de ipsis qui possit cognoscere inter eos a x. sol. et usque in x. sol. luc. tantum et de dampnis et vastis factis inter ipsos et salvo quod dampnum assendeat summam x. sol. et malefattorem inveniri poterit qui puniatur pro comune Spoleti, et quod possint habere unum ipsorum et eorum libitum in civitate vel extra. Item et quod predicti homines possint eligere baiulum ipsorum et extimatorem. Item promixit eidem Phylippo recipienti pro dicto modo eos defendere et iuvare ut alias de Spoleto. Item idem Bonaionta fecit Phylippo predicto recipienti pro dicto modo pactum et promisionem de non recipiendo aliquo tempore aliquem rectorem nisi potestatem et ufficiales Spoleti. Item dictus Bonaiunta syndicus fecit ipsi Phylippo recipienti pro dicto modo, finem, quetationem, refutationem, remixionem et generalem transactionem et pactum de ulterius non petendo [pag.297] de omnibus offensis mallefitiis actenus a predictis commixis contra comune Spoleti, et spetiales Spoleti aliqua occasione vel ratione, et de omnibus aliis et singulis que actenus promixerunt comuni Spoleti, salvis et reservatis promisionibus et pactis superius nominatis que in suo loco robore perseverent, conclamavit cassa et cancellata omnia instrumenta actenus facta a comune dicti loci comuni Spoleti, quantum ad eos de populo dicti loci Castrilitaldi qui in predictis sunt obligati vel voluerint obligari. Que omnia et syngula dicti syndici vicissim ut dictum est promixerunt adtendere, facere et observare, et firma tenere et contra non venire sub pena Mille libr. luc. inter eos solempni stipulatione missa, et pena soluta et hec carta firma permaneat, preterea pro hiis omnibus et syngulis observandis et faciendis obbligaverunt triplum de bonis hominum dicti loci et triplum de bonis comuni Spoleti presentium et futurorum et possessionem unius alteri dedit et ab altero precario retinuit. Item promixerunt adinvicem de fraude, colludio, molestia et contra non venire sub dicta pena. Actum in consilio spetiali communis Spoleti in palatio communis per sonum campane more solito convocato, coram dño Phylippo Barattalis potestate Spoleti quia ita dicti syndici scribi rog. Nos dominus Jacobus birrj, dñs transaricus magalocti, dñs Jacobus paganelli, Anrus pauli, Simon herrici, Rodulfus mathei, Thomas famicie, Steffus tardoni, Gregorius marinelli, et Albertus massutii rogati testes sumus. Ego Simon imperiali auctoritate notarius et nunc communis Spoleti, hiis omnibus interfui, rogatus a predictis syndicis predicta scripsi et pubblicavi die predicta et coram predictis testibus.

(1) Inventar. fogl. 95. Nello stesso foglio sono registrati i mandati del 14 ottobre 1253 della Università di Castelritaldi e del 22 febraio 1254 del Consiglio di Spoleto, relativi alla stipulazione di questo istruimento. Al foglio 90 v'è una novella sottomessione con la promessa di pagare il focatico a 26 denari cortonesi per focolare; v'è la elezione del sindaco ed il mandato a ciò, nonchè l'istruimento dal medesimo stipulato il 22 Ottobre 1310. Per ciò che riguarda questo castello vedi i Doc. n. 47, 60 e 79.

XLVII.

1254, 19 Giugno

*I Lombardi signori di Castrolitaldi donano a Spoleto quel castello e il poggio (¹).*

In dei nomine Am. Anno dñi millesimo ducentesimo quinquagesimo quarto tempore dñi Inocentii pp. quarti die XII exeunte junio, ind. XII. .... [pag.298]

Die predicta et coram predictis testibus Egidius talionassi syndicus et procurator Lombardorum de Castrolitaldi ut patet per instrumentum scriptum manu Nicolai rainucii not. nomine et vice dictorum Lombardorum et pro ipsis Lombardis sponte titulo donationis inter vivos, dedit atque donavit dño phylippo birri syndico communis Spoleti ut patet per instrumentum mei not. castrum et podium Castrilitaldi cum introitibus et exitibus dicti castri sine aliqua reservatione etc. et cessit et concessit ipsi syndico recipienti pro dicto modo omnia iura et omnes actiones et exceptiones reales et personales utiles et directas que et quas dicti Lombardi et idem syndicus habent et eis competunt vel competere viderentur in ipso et pro ipso castro et podium contra quoscumque ipsum in rem suam procuratorem fecit etc. et constituit se suo nomine possidere donec possessionem intraverit corporaliter, licentiam intrandi sibi sua auctoritate concessit etc. et renuntiavit omni exceptioni, et deceptioni, conditioni sine causa etc. et omni auxilio legum et constituti et decretalium eis competenti vel competituro. Adhuc promixit et obligavit predictos Lombardos et eius heredes de fraude, colludio, molestia, falsificatione, evictione et contra hec non venire sub pena dupli ei sollemini stipulatione promissa etc. Et pro ipsis omnibus obligavit ipsi syndico predicto modo triplum [pag.299] de bonis eorum presentium et futurorum et possessionem ei dedit et ab eo precario retinuit etc. (²).

(1) Inventario, fogl. 96. ed anche in carta separata dell'archivio. Gli atti che riguardano questa donazione serio preceduti dal mandato al Sindaco di Spoleto *ad recipiendum dationem, donationem etc. a Lombardis Castrolitaldi, de ipso castro et podium Castrolitaldi etc.* Seguono sei strumenti; uno in tre soli versi, gli altri tutti simili a questo che pubblico, e che ho anteposto agli altri perché la menzione dei Lombardi v'è più esplicita. Questo è preceduto da un altro in cui i donatori del castello e poggio sono *Iacobus phylippi viveni, Marchus dñi manentis, dñs Bonacurus sauli, Nicholaus raynucii nicholai, Paganus beatricis, Andreas Phylippi viveni, Marcus Odorisii ofreducii, dñs Transaricus rodulphi, Muricus Massucii, Egidius talionassi, Martinus bonolie, Egidius theballi, Iohes danielis, Egidius massucii, et Bartholus phylippi et Angelus petroni (qui) sponte tit. don. inter vivos dederunt, tradid. concesser. dño Jacopo birri judici recipienti nomine communis Spoleti etc.* Nei giorni seguenti a quello dei due indicati contratti, fecero la stessa donazione al podestà di spoleto *Filippo Barattalis*, con quattro separati strumenti, il giorno 23 *Valterius petrucci lombardus de castrolitaldi*, il giorno 10 *Massutius manfredi, Goctofredus ofreducij, Johannes jacobi viveni, Blaxius ogerii, Munaldus ogerii, Raynaldus thebaldi, Hermannus jacobi oliverii, Ofredutius thebaldi, Johannes bernardi, Ofreducius synibaldi, Raynerius gregorij, Beatricis Fantebonus centris, Angelus marci dñe Roche, Jacobus bonavolie, Raynerius marini raynerij, et Galanus phivectorij et Bartholus dñi Manentis de castrolitaldi lombardi*, i quali oltre il castello e il poggio in generale donarono al comune *domum vel domos, casalenum sive casalena sua esistenti in quel luogo.* Il giorno 20 con due atti separati *Viveni varcannanti, Transaricus magalocti e Rodulphus mathei* donarono similmente *totam partem eorum de Castrolitaldi et podium ipsius castri etc.*

(2) Segue dopo ciò: *Rogitum seu protocollum predictorum instrumentorum scripsit Symon mathei notarius, sed morte preventus antequam inde extraheret instrumenta, idcirco ego Angelus Parentij notarius ex delegatione et commixione mihi facta per potestatem et consilium generalem et spetiale cois Spoleti ipsa instrumenta de dictis rogis seu protocollis extraxi et in publicam formam reduxi.*

XLVIII.

1255, 9 Febbraio

*Papa Alessandro IV conferma agli Spoletini il dominio e le consuetudini (¹).*

Alesander Episcopus Servus servorum dei dilectis filiis Potestati et Comuni Spoletani salutem et apostolicam benedictionem. Cum a vobis petatur quod iustum est et honestum tam vigor equitatis

quam ordo exigit rationis ut id per sollicitudinem offici nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in dño filij vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, omnia castra, villas, tenimenta, iura, condicione et consuetudines eorum, Spoletane Civitatis et diocesim sicut ea omnia iuste et pacifice possidetis, vobis de novo concedimus et auctoritate apostolica confirmamus ac presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum. Datum Neapoli v. Idus februariorum, pontificatus nostri anno primo.

(1) Reg. fogl. 16, e 106

XLIX.

1255, Agosto

*Il medesimo comanda al Rettore del Ducato che non molesti il Comune di Spoleto pe' suoi possedimenti (¹).*

Alesander Episcopus servus servorum dei dilecto filio Rectori Ducatus Spoletani salutem et apostolicam benedictionem. Quia devotos et fideles [pag.300] Ecclesie in suis oportunitatibus iuvari cum opus fuerit tam a nobis quam a nostris officialibus convenit non vexari, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus dilectos filios Potestatem, consilium et Commune Spoletani habens pro nostra et Apostolice sedis reverentia tam quam Ecclesie romane devotos perpensi commendatos, ipsos super castris, villis, possessionibus, et aliis bonis que in privilegiis a predecessoribus nostris eisdem concessis plenius contineri dicuntur, non molestes indebite, quin potius molestatores eorum super hiis prout ad te pertinet qua convenit districione compescas. Datum Anagnie ii Noñ. Aug. pontificatus nostri Anno primo.

(1) Reg. f. 17. Data: II Noño aug. - Reg. f. 106. Scdo Idus, Noño aug.

L.

1258, 9 Dicembre

*Offreduccio e Andrea d'Alviano vendono agli Spoletini la metà dei Castelli di Mevale, Giove e Belvedere, ed altri possedimenti (¹).*

In dei nomine amen. Anno dñi millesimo ducentesimo quinquagesimo octavo tempore dñi Alexandri pp. quarti die nono introeunte decembr. hoc quidem tempore Ego dñs Ofreduccius dñi Farulfi de Alviano mea propria et spontanea volumtate jure proprio vendo, trado et concedo tibi domino Phylippo palmerij Syndico Comunis Spoleti recipienti vice et nomine dicti Comunis et pro ipso Comuni, totam partem meam silicet medietatem pro indiviso medietatis et tamtum plus quam capit mille libr. ad rationem viginti milium libr. totius castri Mevalis et aliarum rerum infrascriptarum venditarum, [pag.301] totius castri Mevalis, geronis, palatii, turris, et aliarum domorum que sunt in ipso cassaro, et medietatem pro indiviso medietatis totius districtus territorij, curie dicti castri, et medietatem pro indiviso medietatis hominum et vassallorum dicti castri et ejus curie ubicunque sunt, et medietatem pro indiviso medietatis omnium domaniorum, jurisdictionum, terrarum cultarum et incultarum et silvarum, pascuorum, arbustorum, molendinorum, aquarum, aquimolarum et omnium aliorum mihi et dicto castro pertinentium et que obvenerunt mihi et fratri meo Andree pro medietate ex divisione facta inter eos et Ugolinum filium quondam dñi Rainaldi, sine aliqua reservatione. Item eodem jure vendo, trado et concedo tibi syndico recipienti vice et nomine dicti Comunis et pro ipso comuni, totam partem meam pro indiviso Castri et cassari Juvi et ejus curie et districtus cum tota parte mea pro indiviso hominum et vasallorum

dicti castri ubicunque sunt et jurisdictioni cum parte mea et mihi pertinente de domaniis, terris cultis et incultis, silvis, pascuis, molendinis, aquis, aquimolis et omnibus aliis mihi pertinentibus de toto dicto castro et ejus curia sine aliqua reservatione. Item eodem modo et jure vendo trado et concedo tibi Syndico recipienti vice et nomine dicti Comunis et pro ipso Comuni medietatem proindiviso totius castri Belvidere curie et districtus ipsius cum medietate hominum et vassallorum dicti castri ubicunque sunt et jurisdictioni et medietatem proindiviso omnium domaniorum dicti castri mihi et dicti Andree pertinentium et terrarum cultarum et incultarum, silvarum, pascuorum, molendinorum, aquarum et aquimolarum mihi et dicto Andree pertinentium pro medietate et omnium aliorum mihi et Andree et dicto castro pertinentium sine reservatione. Item eodem modo et jure vendo, trado et concedo tibi syndico recipienti vice et nomine dicti Comunis et pro ipso Comuni, quidquid ego habeo teneo et possideo et habui [pag.302] tenui et possedi, ego vel alter per me a duobus annis citra proxime preteritis vel ad me pertinet vel pertinuit a dicto tempore citra quocumque modo causa vel jure a Camerino usque ad arcem de Spina, et a Nursia usque ad castrum trevij et usque ad castrum Rasilgie, exceptis juribus et possessionibus meis que et quas habeo in castro Cerreti et ejus curia et contra cerretanos et alias constitutos in ejus curia, dans, cedens et mandans tibi sindico recipienti vice et nomine dicti communis et pro ipso Comuni omnia et singula mea jura, omnesque actiones, exceptiones, petitiones et exactiones reales et personales, utiles et directas et etiam mixtas que et quas habeo et mihi competunt in dictis et predictis omnibus et singulis rebus venditis et pro passadiis et pro servitiis mihi actenus non prestatis, et futurum prestandis dicto Comuni ab hominibus dictorum locorum, que predicti homines et antecessores eorum mihi et antecessoribus meis fecerunt, prestiterunt, solverunt, vel facere, prestare et solvere consueverunt vel debuerunt jure vel non jure, debite vel indebite, usu et abusu, qualitercunque et quomodocunque et pro omnibus et singulis servitiis, angariis et pro angariis, datiis et collectis, ammisericibus et adiutoriis, nuptiis et cavallariis, salariis, bannis et follis et omnibus aliis servitiis, et te vice et nomine dicti Comunis et pro ipso comuni et ipsum Comune ut in rem suam constituo procuratorem ut suo nomine agere, experiri, petere exigere, excipere et se tueri directis et utilibus actionibus et exceptionibus et omnia et singula facere possit et exercere que ego facere possim. Quas res me tuo nomine pro ipso comuni et nomine ipsius communis constituo possidere donec possessionem intraveris corporalem, in qua intrandi tibi recipienti pro Comuni et ipsi comuni sua auctoritate concedo, et promitto tibi recipienti pro comuni tradere liberam et vacuam possessionem de predictis omnibus et singulis rebus venditis et possessionem predictarum rerum venditarum te nomine communis et ipsum comune facere procuratorem de hiis que ego habui, tenui et possedi uno mense antequam dictum castrum Mevalis perveniret ad manus dicti communis, silicet de possessionibus, domaniis tantum et terris, vineis, silvis, domibus et hominibus. Unde pro qua venditione et omnibus predictis accepi a te dante et solvente pro ipso comuni de pecunia dicti communis sex milia lib. medietatem in florenis, computato floreno pro duodecim denariis, et aliam medietatem in raviniani et pisani, et concessione et datione fructuum molendinorum, numdinarum et pedagii communis Spoleti, quod totum apud me habere confiteor. Renuntio exceptioni non numerati et non [pag.303] soluti et non recepti pretii, deceptioni ultra demidiam justi pretii et omni alii auxilio et beneficio juris civilis et canonici et constituti mihi competenti et competituro. Insper promitto et obligo me meosque heredes tibi recipienti nomine dicti communis et pro ipso comuni pro fraude, colludio et omni meo facto molestia, et pro predictis omnibus et singulis observandis a me et heredibus meis et ab habentibus causam a me, et promitto tibi recipienti nomine communis et pro ipso comuni quod jus meum quod habeo et habui in predictis rebus et pro dictis rebus venditis et res ipsas venditas vel aliquam ipsarum nemini vendidi nec dedi nec concessi, et quod si aliquo tempore appareret promitto tibi pro ipso comuni recipienti ipsum comune indempnem conservare excepta una petia terre quam dedi infirmis in curia castri Mevalis, et promitto tibi recipienti nomine dicti communis et pro ipso comuni predictas res venditas omnes et singulas defendere legitime et disbrigare in judicio et extra contra nobilem virum dominum Fredericum de Massa et ejus uxorem et filios et contra dñm Petrum de Pelligrini de Narnia et ejus uxorem et filios et contra omnes personas habentes nunc vel in futurum jus ab eis vel altero ipsorum si vindicarent dominium, si vero agerent per pecuniam promitto predictas res tibi defendere ut dictum est pro parte contingente mihi de debito quod appareret, silicet quarta parte, et promitto tibi recipienti nomine communis defendere et disbrigare ab Ugolino Rainaldi illud plus quod

vendidi tibi de dicto castro Mevalis quod valet et est mille lib. ad rationem omnium castrorum predictorum viginti milium lib. silicet totius castri Mevalis Belvidere et partis Castri Juvi, et promitto, dico et assero quod pars mea et Andree fratris mei de predictis rebus est plus et valet plus quam pars Ugolini duomilia lib. de quibus contingunt me mille lib. pro parte mea. Que omnia et singula predicta promitto tibi recipienti pro dicto comuni in perpetuum per me meosque heredes attendere et integraliter observare, et contra in aliquo non venire aliquo modo vel causa sub pena dupli dicti pretii a me tibi stipulanti pro comuni promissa, qua soluta vel non dictus contractus in suo robore nichilominus perseveret, que possit committi et exigi pro quolibet capitulo non observato vel non observando, que totiens exigatur quotiens contra predicta vel aliqua predictorum contraventum fuerit a me vel ad heredibus meis vel aliquo ipsorum heredum vel habentibus causam ab eis vel altero ipsorum; pro qua pena solvenda si committeret et pro dicta defensione facienda a predictis ut dictum est et pro omnibus et singulis predictis observandis, [pag.304] obligo tibi recipienti nomine dicti communis et pro ipso comuni, triplum de meis bonis mobilibus et immobilibus, presentibus et futuris ubi et quotiens recipere volueritis quorum tenimentum dedi tibi recipienti pro comuni ab eo precario retineo, dans tibi recipienti nomine dicti communis liberam licentiam et potestatem sua auctoritate intrandi pignus, vendendi obligandi et quidquid voluerit faciendi pro omnibus et singulis supradictis observandis. Renuntio in predictis et pro predictis doli et metus exceptioni, condictioni indebite et sino causa, et quod non opponam contra predictum comune ipsum comune habuisse scentiam rei alienae, alium vel alias habere jus in dictis rebus vel aliquo predictorum propter predictas; et renuntio beneficio legis condictione comunia e legatis l. ultima *D. hemptor*, et *Codic.* de evictione, si fundum certioratus de beneficiis ipsarum legum; et renuntio omni alii legum auxilio et beneficio mihi competenti et competituro, aliter autem ad defensionem predictarum rerum nisi ut dictum est, nolo teneri, nec promitto, nec ad interesse nec ad restitutionem pretii nec ad quidquam aliud quia ita actum et conventum est inter nos expressim. Item excepto et reservo in hoc contractu quod non teneat nec teneri volo tibi nec ipsi comuni Spoleti ex promissione seu occasione promissionis quam ego feci una cum Andrea fratre meo carnali et cum Ugolino consobrino meo comuni Fulginei seu syndico dicti communis recipienti nomine dicti communis Fulginei, et comuni Nurscie seu syndico ipsius communis recipienti pro ipso comuni, videlicet quod nos promisimus Comuni Fulginei seu syndico ipsius communis recipienti pro ipso comuni, non vendere predictas res et possessiones nominatas comuni Spoleti seu syndico dicti communis vel alicui pro comuni Spoleti, nec quo ad dictum comune predice res possint pervenire; et videlicet quod nos promisimus comuni Nurscie seu syndico dicti communis pro ipso comuni recipienti servire dicto comuni Nurscie per terras nostras superius nominatas et vassallos nostros; et salvo et exceptato mihi quod non teneat per hypothecas factas predictis omnibus, vel syndicis eorum recipientibus pro ipsis communibus pro predictis observandis, et salvo et exceptato mihi omni jure quod habeo a castro Spine usque ad Iterampnum, et a castro Trevij usque ad Tudertum, et salvo et exceptato mihi si infra predictas senitas inveniretur seu reperiatur vena alicujus metalli a castris predictis extra per unam balestratam, quod debeam habere medietatem quinte partis ipsius metalli quod inveniretur ibi, restituendo ego medietatem quarte partis expensarum faciendarum pro ipsa vena invenienda; et salvo [pag.305] et exceptato mihi quod appareret me vendidisse aliquod masium infra predicta senitas alicui vel aliquibus de predictis meis vassallis, quod non teneat, nec dictum comune Spoleti cogat me pro defensione seu pro interesse vel restitutione pretii facienda emptoribus supradictis; verum si appareret me vendidisse vel obligasse aliquid de domaniis dictorum castrorum dicto comuni Spoleti teneatur, excepta obligatione facta a me macellario de Mevali de domaniis, de qua obligationem ego non teneat; et hec ita scribi rogavi.

Actum in palatio communis Spoleti in consilio generali et spetiali, presentibus fratre Phylippo de ordine predicatorum, fratre Bentivegna de ordine minorum, dño Phylippo Benentendi, Gonzolino henrici priore populi spoletani, dño Transarico magalotti, dño Bartholo, dño Simone, dño Thoma manentis, Angelo oddoni, Rodulfo transarici, Jacobo clanzanelli et aliis pluribus testibus ad hec vocatis et rogatis.

Ego Bartholus petri notarius hiis presens, rogatus hec scripsi et publicavi.

(1) Reg. fogl. 29, e 113 - Invent. fogl. I. - Nel 1256 avevano gli Spoletini composto con gli Alviano una differenza intorno agli uomini di Collegregiano, posto presso i luoghi di cui si tratta in questo istruimento, per alcune esazioni indebite fatte a loro aggravio; e faccio di ciò parola nella storia. L'atto che concerne quella differenza si può vedere nel

Reg. al foglio 34, e nell'Invent. al fogl. 1. Nel 1249 il cassero e la torre di Mevale e il castello di Belvedere furono dati in *accommaditum seu in accommaditiam dño Oddoni dñi Oddonis dñi Brancaleonis de lucca ora Piedilugo* (Reg. fogl. 31 e 32. - Invent. fogl. 3, 4.) e v'è l'atto di consegna dei detti castelli, ed anche una ricevuta di oggetti mobili, cioè ... *triginta bacilia farine ad rasum ad bacilia de Mevale ... unam vegetam cum aqua in acetatum, unam aliam vegetem magnam et tria ancilia et unam tinam, et unam macteram (madia) ... et unum archibancum, que sunt de rebus dicti castri ... unum funem, unum barilem somaricum, et astas quadrellorum sine ferris, et septem matassas accie, et duas lampadas eneas, quas res dictum comune habebat in ipso castro (Mevalis) pro munitione ipsius castri* (Reg. fogl. 33). Nell'Inventory poi si registrano la consegna del castello di Belvedere fatta al rettore del ducato nel 1287 dagli Spoletini che l'assediavano per ritoglierlo agli Alviano che avevano con essi grandi questioni, e vari documenti dei 1296 relativi a tali vertenze che s'aggiravano intorno al pagamento del prezzo residuale dei detti castelli, ai proventi dei medesimi, e ai miglioramenti fatti dagli Alviano nel castello di Belvedere (fogl. 5. al 15). Seguono da ultimo istrumenti del 1304 risguardanti la sottomessione a Spoleto della comunità di Mevale (fogl. 15, 16, 17).

## LI.

1259, 27 e 28 Gennaio

*I signori d'Arrone si risottomettono a Spoleto con novelle condizioni* <sup>(1)</sup>.

In nomine domini Amen, Anno dñi Millesimo ducent. quinquagesimo nono tempore dñi Alesandri pp. quarti, Indictione secunda et die quinta exeunte mense Januarij. In palatio communis Spoleti presentibus Gonzolino dñi henrici priore populi, Johanne bonajunte anziano communis, domino Leonardo vivieni, domino Luca bonavise, dño Thoma henrici, dño Jacobo birri et aliis pluribus.

Dñs Corradus Madij potestas Spoleti de voluntate consili spetialis et generalis in palatio communis more solito congregati et ipsum consilium et prior fecerunt constituerunt et ordinaverunt Andrioctum dñi Jannis petroni, nomine et vice communis Spoleti Syndicu Comunis Spoleti ad recipiendam promissio [pag.306] nem a dominis de Arrone, et ad faciendum promissionem et quetationem eis secundum formam et tenorem scripte facte per ambaxatores Perusij, scilicet dominum Andream teveri et dominum Bartolomeum Aldebrandini, et ad aptandam ipsam promissionem et accipitamentum tam pro facto communis Spoleti quam pro hominibus et universitate montisfranci ad sensum sapientium de Spoleto, et ad quetandum et remictendum dominis de Arrone injurias et offensas factas hucusque sicut in ipsa scripta continetur, promittentes quod quicquid inde fecerit firmum et ratum habebit sub ypoteca bonorum communis.

Die quarta exeunte januario dominus Corradus Madij potestas Spoleti, magister Nicolaus vicarius Castri montisfranci et homines et universitas ipsius castri fecerunt constituerunt et ordinaverunt Oddonem Raynaldi domine Casdie presentem sindicum et procuratorem ipsius universitatis ad recipiendam franchitiam et libertatem a dominis de Arrone et ad recipiendum confirmationem et ratificationem instrumentorum sive instrumenti factorum vel facti hominibus et universitati Castri Montisfranci a communi Spoleti de franchitia et libertate eis concessa secundum tenorem instrumentorum; et ad omnia et singula facienda que necessaria et utilia et oportuna fuerint in predictis et pro predictis et occasione predictorum, et ad quetationem recipiendam ab ipsis dominis, promittentes quod quicquid dictus sindicus inde fecerit firmum et ratum habebunt sub obligatione suorum bonorum.

Actum justa castrum montisfranci presentibus dño Johanne Simonis, dño Luca bonavise, Paulo Mathei et aliis pluribus.

Item eodem die quarto exeunte januario dñs Thomas dñi Raynaldi, dñs Berardus dñi Anselmi, dñs Anselmus dñi Transarici, dñs Andreas dñi Octaviani, dñs Testa et dñs Arronus dñi Thome juraverunt corporaliter ad evangelia dei super libro, et promiserunt adtendere et observare et facere omnia precepta domini Corradi Madij potestatis Spoleti et Comunis Spoleti que et quanta eis fecerint, et observare omnia et singula que infra continentur.

In primis promictunt ipsi domini de Arrone, si placet comuni Spoleti, quod potestas et ipsum comune possit ponere banderias et vexilla et bucinas in dicto castro Arroni et ponere et habere ibi duodecim servientes pro comuni morantes in dicto castro ad voluntatem potestati Spoleti.

Item promictunt ipsi domini de Arrone sine mora aliqua et dilatione quandocunque placuerit potestati

predicti domini dabunt in pignoribus et denariis m.m. lib. Raven. in manibus Camerarij communis Spoleti expendendas et dandas in posses [pag.307] sionibus prope civitatem jam dictam secundum quod placuerit potestati, videlicet a marrubia, ecclesia sancti Ursi et curticzono crita versus Civitatem.

Item promictunt ipsi domini de Arrone dicto Andriocto sindico Comunis Spoleti et predicte potestati, nomine Comunis Spoleti recipientibus, quod duo ex ipsis dominis de Arrone stabunt in civitate predicta cum eorum familiis continuve, et venient cum potestate rei ad ejus postulationem ad Civitatem Spoleti.

Item ipsi domini de Arrone quietant omnes homines et vassallos et subditos suos qui sunt in castro montisfranci et absolvunt et liberant eosdem et bona eorum protinus ab omni servitio et angario perpetuo secundum promissiones dictis hominibus factas per Comune prefatum per instrumenta. Et faciunt finem et quetationem Oddoni Raynaldi domine Casdie sindico hominum et universitatis montisfranci de omni eo quod dicere seu petere possent eis et in bonis eorum, liberando et absolvendo eos et bona eorum ab omni servitio et homagio seu hominitia et quemlibet ipsorum vel quocunque modo occasionibus predictis (2).

Item promictunt ipsi domini de Arrone predicte potestati et predicto Andriocto sindico, recipientibus nomine et vice Comunis Spoleti, quod ipsi domini facient per se et vassallos eorum omnes exercitum generalem et spetiale et parliamentum Comuni supradicto Spoleti. Et venient cum dictis corum vassallis ad jus reddendum sive de jure respondendum coram potestatem et curiam Spoleti et in ipsa civitate a xx sol. supra quandocunque et quotiescunque ad predicta facienda fuerint requisiti. [pag.308]

Item promictunt ipsi domini de Arrone predicte potestati et sindico, recipientibus pro Comuni Spoleti, quod si aliquo tempore dicti domini de Arrone venirent vel facerent contra precepta potestatis vel Comunis Spoleti, et ipsa pacta et conventiones et promissiones jam dictas non observarent integre, vel eas facere aut observare obmiserint vel obmicterent ex tunc volunt dictas m.m. lib. et possessiones ex eis emptas, esse Comunis Spoleti, et dicto Comuni jam dictas dant et donant libere inter vivos, et nichilominus castrum Arronis, eorum bona omnia et vassallos obligant prelibato Comuni et predicto sindaco pro Comuni liberaliter et concedunt.

Unde dictus Andrioctus sindicus Comunis Spoleti, nomine et vice ipsius Comunis, absolvit dictos dominos de Arrone ab omni honore, jactura et gravamine per eos, subditos et vassallos vel qualibet persona alia pro eis Comuni vel spetialibus illatis et factis hucusque, ita quod ab aliquo pro Comuni nec a dicto Comuni vel spetiali persona non possint molestari vel impediri, et illud idem per eosdem observabitur de civibus et in civibus Spoleti. Et quod Comune prefatum tenebit eos dominos et tractabit ac vassallos et subditos quos habebunt tamquam fideles cives et comitatenses Spoleti. Et insuper defendet prefatos eorum vassallos et subditos quos habebunt in sua libertate et eorum bona integre toto posse donec erunt et permanebunt ad servitium Comunis prefati, salvis creditis hinc inde, et salvo quod dictum est de hominibus montisfranci, et salvis omnibus capitulois supradictis sicut dictum est.

Quibus Dominis de Arrone dictus potestas precepit per sacramentum ad bandum Mille libr. quod omnia supradicta debeant integre observare. [pag.309]

Actum in quodam vinea prope Castrum Arronis, et dederunt licentiam michi notario infrascripto hec omnia et singula aptandi et ligandi ita quod bene valeant de jure, et quod possim nominare omnia nomina hominum de Montefranco et ponere nomina cuiuslibet eorum in contractu.

Presentibus testibus Gonzolino dñi henrici priore popoli, dño Ofreducio de Alviano, dño Luca bonavise, Fatio benentendi, dño Andrea Tiveri, dño Bartholomeo Aldebrandini de perusio, Thomassillo dñi Phylippi jacobi, Vernacia petri, dño Albrico albrici, dño Jacobo massei, dño Johanne simonis, dño Thoma manentis, Francisco dñi Petri Rupi, Simonicto Fidantie, Paulo marinocij, Andrea Jannis et aliis pluribus testibus.

Et eodem die dñs Raynaldus gentilis de Arrone juravit et promisit coram dicto Gozolino priore popoli et coram dicto Andriocto sindico comunis et coram dicto Oddone sindaco universitatis montisfranci, observare et adtendere omnia et singula supradicta predictis sindicis sicut supra predictum est.

Item fecit finem et quetationem dicto Andriocto sindico, recipienti nomine et vice Comunis Spoleti et pro qualibet persona spetiali, de omni eo quod dicere seu potere posset nomine et occasione fructuum perceptorum de bonis et possessionibus Ecclesia Sancti Benedicti de Calcaria.

Cui domino Raynaldo idem prior precepit per sacramentum ex parte potestatis et Comunis Spoleti ut omnia et singula predicta debeat integre observare sub pena predicta.

Et dictus Andriocetus sindicus facit quetationem eidem dño Raynaldo ut aliis dñis supra.

Actum est hoc in palatio ipsius domini Raynaldi, quia erat debilis non potuit descendere tunc cum aliis dominis.

Presentibus domino Bartholomeo Aldebrandini de perusio, dño Luca bonavise, Varnacia petri, Massarono juliane, Thoma fanucie, Jacobo clanzani, Munaldo notario, Simonicto Fidantie petri et aliis testibus.

Ego Andreas not. hiis interfui et rogatus ss. ss. ss. (3)

(1) Reg. fogl. 157.

(2) Gli uomini di castel Bufone (Vedi Doc. 27) che, come narro nella storia, avevano lasciato deserto quel castello, ora vi erano tornati ad obbedienza del comune di Spoleto, e il 20 luglio 1258 maestro Nicola di messer Rinaldo *castri Montisfranchi* (che tal nome prendeva il castello) oltre i consueti patti di esercito e parlamento, pace e guerra, amici e nemici ec. si obbligava come loro sindaco, *recipere euanuam et perpetuo potestatem et senioriam a comune Spoleti .... ad salario dicti castri, quod salario sit duorum sol. ravignanum pro quolibet focolare de hiis qui habitant et in futurum habitabunt in dicto castro, et medietas bannorum et foliarum que sit communis Spoleti*, dare nella vigilia della S. Maria di agosto un cero di quindici libre, e pagare al camerlengo del Comune di Spoleto 20 denari ravignani per ogni focolare, ed abitare continuatamente nel castello *ad honorem et reverentiam communis Spoleti, et ab ipsa habitatione non secedere causa amplius reverendi vel redeundi sub dominio dominorum de Arrono, vel eorum heredum vel habentium causam ab eis, nec habitationem facere vel recipere cum inimicis communis vel contra comune Spoleti etc.* E per queste cose Intendi Bonavisa priore del popolo e sindaco concedeva ed assegnava al detto Nicolao e a' suoi rappresentati, *locum et montem in quo constructum est dictum castrum pro eorum continua et perpetua habitatione etc. et pro tuis* (diceva) *et eorum heredibus, et pro bonis et rebus et iuribus vestris (do et concordo) perpetuam frankitiam et libertatem eo modo quo habent cives et habitatores communis Civitatis Spoleti, et recipio, et retinebo, et retinere promitto nomine communis Spoleti te et eos cum iuribus et rebus vestris sub protectione et defensione ipsius communis Spoleti et vos perpetuo retinebit dictum comune liberos et absolutos, et quod ipsum comune non permettit vos nec aliquem vestrum molestari a vestris dominis nobilibus de Arrono, nec ab aliquo alio, sed te et eos potius ac perpetuo in dicta libertate defendet, et quod non permettit vos nec aliquem vestrum indebite molestari, nec de rebus vestris vobis vel alicui vestrum auferre nec in ipsis rebus vestris dampnum dari ab aliquibus aliis personis etc.* (Reg. fogl. 28.) Tale fu la rifondazione del castello che ebbe poi sempre ed ha tuttora il nome di Montefranco.

(3) *Scribere scribenda (?) scripsi.*

[pag.310]

LII.

1259, 3 Ottobre

*Lega tra Todi e Spoleto (1)*

In nomine dñi Am. Anno Millesimo Ducent quinquagesimo nono, tempore dñi Alexandri pp. quarti, die tertio mensis octubris. Indictione secunda. hoc quidem tempore ad honorem Dei omnipotentis et Beate Marie semper Virginis et omnium Sanctorum ejus, et ad honorem et reverentiam Sacrosancte Romane Ecclesie matris et domine nostre. Et ad honorem et augmentum tudertine et spoletane Civitatum et eorum districtus et Episcopatus totius et omnium eorum amicorum. Hec est forma societatis contrahende vel que contrabitur inter sindicos civitatum, nomine ipsarum civitatum et pro ipsis civitatibus. Nos Gerardus Bonifatii syndicus et procurator Comunis Tuderti, ut appareat per instrumentum manu Penalisi notarij conditum, Vice et nomine dicti communis Tuderti et pro ipso comuni. Et Fatius Benentendi prior popoli Spoleti syndicus et procurator dicti communis Spoleti, et pro ipso [pag.311] comuni ut appareat per instrumentum Jacobi Johannis not. conditum, vice et nomine ipsius communis Spoleti et pro ipso comuni, vicissim inter nos facimus et contrahimus puram et legalem societatem compangiam et amicitiam perpetuo valitaram et inviolabiliter servandam. Et promittimus vivare, juvare, defendere et manutenere civitates et districtus et episcopatus utriusque civitatis predicte pro posse, et recuperare omnia jura que quelibet predictarum civitatum haberet in suo Episcopatu, et omnes honores cujusque predictarum civitatum defendere et manutenere, et amissa recuperare pro posse. Et tenebimus amicos cujusque civitatis predictarum pro amicis, et inimicos pro inimicis. Et servabimus omnia patta inita et inienda, vel conventiones et ordinamenta et constitutiones que fient de voluntate utriusque civitatis vel

majoris partis; de facto vero Interampnentium facere, tenere et observare promittimus quidquid statutum et ordinatum per consilium et sapientes dictarum Civitatum. Item promittimus renovare ipsam societatem singulis decem annis ad petitionem cujusque predictarum civitatum que hoc peteret, et si neutra peteret, dicta societas nihillominus sit perpetuo valitura. Et quelibet predictarum civitatum teneatur poni et scribi facere in suo capitulo constituto quod hec societas perpetuo servetur secundum quod continetur in hoc instrumento societatis. Et promittimus et convenimus inter nos vicissim nomine dictarum civitatum recipere in hac societate Nargienses, Urbevetanos, Asisinate, Fulginate, si de eorum vel altero ipsorum processerit voluntate, alie vero civitates circum stantes recipientur in dicta societate si de Tuderti et Spoleti civitatis processerit voluntate. Et hec omnia et singula inter nos vicissim nomine dictarum civitatum et ipsis civitatibus promittimus adtendere et observare perpetuo et contra in aliquo non venire sub pena inter nos vicissim pro stipulatione promissa duarum milium Marcharum argenti ipsarum civitatum solvenda a parte non observante parti observanti, qua soluta vel non, predicta omnia et singula in sua permaneant firmitate; et pro pena et singulis observandis bona omnia dictarum civitatum vicissim inter nos unus alteri obligamus. Nos Gerardus Bonifatiis et Fatius Benentendi syndici supradicti hoc instrumentum ita scribi rogavimus, et juravimus corporaliter ad sancta Dei evangelia, tacto libro, predicta omnia firma tenere et nullo tempore contra venire. Actum Spoleti in Ecclesia Sancti Johannis majoris die predicta et inductione, in presentia dñi Thome henrici, dñi Phylippi et dñi Jacobi birri, dñi Nicolai centroni, Petroni transarici, Nicole barattoni, Blondi rainaldi. Bartholi petri, Marrucchini [pa.312] marzopli, Spoleti egidii, et Phylipponi andree testium rogatorum.

Ego Jacobus Johannis notar. hiis omnibus interfui et rogatus hoc instrumentum scripsi et publicavi.

(1) Reg. fogl. 39. - Si leggono nel Regesto anche altri atti che si riferiscono a questa lega, cioè: la proposta fatta il 2 di Ottobre da Gerardo capitano del popolo di Todi al Consiglio di quella Città: di far lega (*contrehenda societate*) cum hominibus et singulis civitatibus et communitatibus volentibus contrahere cum comune Tuderti, et spacialiter cum comune civitatis Spoleti, cum tractatus habitus sit inter ipsum dñm Capitaneum et priorem artium civitatis Spoleti etc. (fogl. 34.) I mandati dello stesso giorno ai sindaci *ad contrahendam societatem* (fogl. 35). La lega giurata dai rappresentanti delle due città in Todi nello stesso giorno in cui ne fu fatto l'strumento (fogl. 39) e venne confermata dai consiglieri dei consigli speciale e generale, che giurarono anch'essi divisi per regioni il 10 dello stesso mese - Le due città strinsero il 30 di ottobre un'altra lega somigliante con Narni aggiungendovi altre speciali convenzioni (fogl. 37) che riportai nella storia del Comune di Spoleto (pag. 91) e vi sono i mandati relativi dati ai sindaci di Spoleto, Todi e Narni il 17, 21 e 30 ottobre (fogl. 35, e 36). Due atti del 29 e 30 ottobre in cui i sindaci e oratori spoletini e tuderti (poi anche i Narnesi) già riuniti in Narni per stringere l'alleanza *dixerunt et protexsti fuerunt et ordinaverunt vicissim inter eos quod societas contrahenda iterum inter eos cum Comune Narnie etc. non obsit nec aliquem preiudicium afferat societati contracta inter Comune Spoleti et comune Tuderti etc.* (fogl. 36). E chiude il novero dei documenti in proposito la conferma fatta della lega dai consigli narnesi riuniti il di 30 nella chiesa di S. Giovenale (fogl. 38).

#### LIII.

1260, 25 Marzo

*Federazione di Spoleto coi Cattanei Lombardi di Trevi* <sup>(1)</sup>

In dei nomine Am. Anno Millo duceñ. Sexagesimo, tempore dñi Alexandri pp. quarti, Indictione tertia et die jovis septimo exeunte Martio, hoc quidem tempore dñs Thomas Manentis Syndicus et procurator Comunis Spoleti, ut in instrumento syndicatus seu procuracy scripto manu Egidij Bartholi ñot. continetur, promixit et convenit etc. dño Sivino dñi phylippi simi syndico et procuratori Capitan. Lombardorum et naturalium Capitan. Castri Trebi et ipsis capitan. Lombardis et naturalibus <sup>(2)</sup> scilicet dño Jacobi dñi Manentis, dño henrico Gentilis consulibus Capitan. Lombardorum et naturalium dicti castri, dño Bartholo dñi Pauli, C. dño Raynero dñi Mathei, C. dño Martino dñi Johannis, C. dño Acto dñi Vivieni, C. dño Johanni, dñi petri, C. dño Vivieni, dñi Bonaventure, C. dño Matheo dñi peccij, C. Giliolo dñi Mathei, C. Johanono jacobi Beraldii, C. Jacobo gozi, C. Passaro dñi Johannis, C. Georgio henrici, C. Thome dialti, C. Egidio henrici, C. Egidio Ascarella, C. Egidio dñi phylippi, C. Francescono

Bartholi, C. Manentono dñi petri, C. Albricono dñi Egidij, C. Matheo gentilis, C. Massarono dñi vivieni, C. Thomassono dñi vivieni, C. Nicolao tholomei, C. Leonardo Rodulfi, C. Egidicto Bartholi, C. Thomassitto Simonis, C. Jacobicto dñi Mathei, C. Paganello dñi phylippi, C. Jahñocto jacobi theodini, C. Brazzano dñi Bartholi, C. Massarono dñi petrj, C. Rainaldono Juliani, C. Angelicto hugolini, C. Actizolo Martini, C. Francescono transarici, C. Martino Marescottoni, C. Petrono ugulini, [pag.313] C. Bartholucio dñi Odoresij, C. Massarono dñi Ormanni, Francescono dñi angeli, C. Rizardo simoniti, C. Johannono vereterie, C. Francescono dñi Jacobi et Bartholo dialti recipienti pro eis et eorum heredibus et pro aliis capitaneis, lambardi et naturalibus qui non interfuerunt quando fuit conditum instrumentum syndicatus dñi Sivini scriptum manu Egidij Bartholi not. volentibus ratificare et acceptare dictum syndicatum et promissionem et receptionem quam faciet adinvicem dictus dñs Sivinus et prefati capitanei, lambardi et naturales capitanei cum dicto dño thoma syndico et ipse dñs Thoma cum dicto dño Sivino syndico, scilicet quod Comune Spoleti juvavit eos et eorum heredes, et manutenebit ipsos et fautores eorum in eorum juribus et usansiis. Item et quod tenebit amicos ipsorum pro amicia et inimicos pro inimicis, et promixit quod Comune Spoleti non faciet aliquam concordiam seu pacem cum hominibus de populo castri trevij sine voluntate ipsorum. Item et quod Comune Spoleti non permettit fieri aliquam communantiam de novo hominibus de populo dicti Castri. Item et quod Comune Spoleti predicta omnia et singula scripta et infrascripta observabit et firma tenebit sub obligatione bonorum dicti Comunis Spoleti et sub pena Mille marcharum argenti dicto dño Sivino recipienti pro dictis et eorum heredibus et pro allis Capitan. lambardis et naturalibus eorum et eorum heredibus predicta omnia et infrascripta volentibus acceptare et ratificare et cuilibet predictorum promissa, qua soluta vel non, predicta omnia et singula firma permaneant qua ita scribi rogaverunt.

Unde et pro quibus supradictis et pro aliis bonis meritis illatis a Comune Spoleti versus Capitan. lambardos et naturales capitan. predicti omnes et singuli Capitan. lambardi et naturales ipsorum et qualibet ipsorum et dictus dñs Sivinus syndicus ipsorum pro eis eorumque homines et vice et nomine ipsorum promiserunt et convenerunt dicto dño Thome syndico et procuratori Comunis Spoleti, recipienti pro dicto comuni et pro universitate dicti comunis Spoleti, facere guerram et pacem per ipsos et totam eorum fortiam prout comuni Spoleti placuerit, et tenere amicos Spoleti pro amicis et inimicos pro inimicis, et promiserunt non facere pacem neque concordiam cum hominibus de populo dicti castri, sine voluntate communis Spoleti, et promiserunt jurare cittadinantiam Comunis Spoleti dummodo non cogantur emere domos in ipsa Civitate, nec dare collectam, nec ut illuc ad respondendum de iure, nisi de ipsorum capitanei lambardorum et naturalium processerit voluntate; et promiserunt facere hostem et parlamentum [pag.314] comuni Spoleti sicut placuerit comuni Spoleti per tempora cum comune Castri Trebis, et si cum comune dicti castri non faceret, promiserunt facere sicut hactenus consueverunt facere in quantitate. Et predicta omnia et singula promiserunt et convenerunt dicto dño Thome syndico, recipienti pro dicto Comuni Spoleti et eius universitate, observare et firma tenere, et contra non venire sub obligatione bonorum suorum et sub pena mille marcarum argenti prefato syndico recipienti pro Comune Spoleti et eius universitate promissa, qua soluta vel non, predicta omnia et singula firma permaneant quam ita scribi rogavimus. Actum in castro Trebii, in ecclesia Sancti Miliani, presente dño Egidio arnaldi judge, Matheo palmerij, Jacobo johannis gattarelli, Johannitto andree vivazani testibus ad hec vocatis et rogatis.

Ego Egidius bartholi not. hiis omnibus interfui et predicta omnia, de mandato et auctoritate dictorum syndicorum et dictorum Capitan. lambardorum et naturalium, scripsi et publicavi.

(1) Reg. fogl. 49. Anche questo documento mostri quale valore avesse il C maiuscolo ripetuto ad ogni nome.

(2) Nella procura al Sindaco di Spoleto si legge *ab ipsis capitaneis et lambardis, et a naturalibus filiis ipsorum*. Il mandato è dello stesso giorno, come quello dei Lambardi al loro sindaco (fogl. 48).

1265, 11 Novembre

*Gli uomini della Terra de' Tiberti donano vari luoghi al Comune di Spoleto, e sono ricevuti sotto la protezione e giurisdizione della Città (¹).*

In nomine dñj am. año ab ejus nat. millo ducentesimo sexagesimo quinto tempore dñi Clementis pp. quarti et die undecima novembris, Indict. octava, hoc quidem tempore Ego Petrucciolus dñi ruberti de Tibertis et nunc habitator castri Vetranure syn [pag.315] dicus et procurator et actor ad infrascripta omnia et spetialiter constitutus ab universitate et hominibus de terra tebertorum et Vetranure et Monteleonis, quod olim vocabatur brufa, hominibus de Astaquano et omnibus hominibus nobilibus de terra teberti, de cuius prouratione et syndicatu constat per instrumentum scriptum manu Thome dopñi raynaldi publici not. de dicto loco, sponte nomine et vice predictorum hominum et singulorum, donationis titulo inter vivos, donavi dedi et concessi dño Berardo berardi zaroni syndico communis Spoleti ad infrascripta omnia et singula recipienda nomine communis Spoleti spetialiter constitutus, ut appareat de syndicatu manu mei Simonis not. podium, castrum, sive montem vetranure, podium et castrum et montem Leonis quod olim vocabatur Brufa, podium castrum et montem quod vocabatur pizole, podium, castrum et montem quod vocabatur palvaria, podium et montem trogie, et omnia alia podia, castra et montes in quibus castra vel munimina possent fieri, que sunt vel fuerunt in tota terra teberti ad abenda, tenenda, possidenda omnia et syngula supra dicta, et ad castra et munimina facienda construenda et destruenda sicut ipsi comuni Spoleti placuerit. Item ego dictus syndicus, vice et nomine predictorum hominum et communium, eodem titulo et modo dono, do et trado et suppono et summicto tibi syndico communis Spoleti nomine dicti communis recipienti sopradicta omnia et syngula, et supradictos homines et singulos et eorum successores et omnes alias qui cura eis erunt in perpetuum, vel olim fuerunt, et totam terram ipsorum ubicunque habent vel habebunt, vel esse ad plenam jurisdictionem et dominium communis Spoleti. Item ego dictus syndicus predicto modo et titulo promicto et convenio tibi dicto syndico communis Spoleti pro predictis omnibus et singulis qui sunt vel fuerunt vel erunt de dictis castris [pag.316] vel locis, vel cum eis erunt in altero in predictis podiis vel castris vel locis aliis habitare et ire ad habitandum et ad alium non ire nec ipsum dimictere sicut ipsi comuni placuerit, et ad volumptatem ipsius communis. Item pro dicto modo et titulo promitto tibi syndico, recipienti pro dicto comuni, habere, tenere, et possidere, et habitare sopradicta omnia et syngula pro comuni Spoleti et nomine dicti communis Spoleti ad mandatum et volumptatem communis Spoleti. Item predicto modo et titulo ego dictus syndicus nomine predictorum et singulorum tibi syndico comuni Spoleti recipienti promitto stare et permanere fidelis communis Spoleti, et parere et obedire mandatis et preceptis potestatis et communis Spoleti, et facere verram et pacem inimicis et amicis communis Spoleti, et amicos tenere pro amicis, et inimicos tenere pro inimicis ad mandatum et volumptatem communis Spoleti. Item eodem modo et titulo promitto tibi syndico totam grassiam et bladam non portare ad aliam terram quam ad civitatem Spoleti, et securitatem et conductum prestabunt omnibus portantibus grassiam et euntibus ad civitatem Spoleti, et alias alibi portantes vel ducentes impudent bona fide sine fraude ad mandatum communis Spoleti. Item promicto tibi recipere illum in potestatem seu rectorem anuatim quem comune Spoleti eis dare voluerit, et dabunt anuatim ipsi potestati pro salario sexaginta libr. den. parvorum currentium per tempora et medietatem bannorum et fulliarum pecuniarum; et judicem et notarium eligent de civitate Spoleti, si eligent extra terram, et non aliunde. Item promicto dare et portare anuatim in festo sancte Marie augusti unum palium valentem sex libr. eodem monete. Item promicto quod si aliquis de dictis locis appellabit ab aliquo gravamine vel a sentemptia, appellabit ad curiam Spoleti tantum, et alibi cause appellationis non trauntur vel traentur. Item promicto dare anuatim comuni Spoleti et portare ad civitatem in festo Sancte Marie augusti pro predictis omnibus et singulis hominibus qui sunt vel erunt, ubicunque sunt vel erunt, viginti sex den. per quemlibet focularem; ad alium datum vel collectam non teneantur, exceptis nobilibus tebertis quorum nomina sunt hec dñs Gentilis Octavianii, Johannes dñi gentilis todini, Johannes Siniballi, Petrus ruberti, filij dñi Andree petri, filii Munalli androcij,

Nicolaus girardi, philipponus raynalli, Gilionus berardi, filii raynaldi magalocti, Ventura dñi Oddonis, filii todini valterij, Johannes berardi et filii Rodulfi. Item promitto quod dicti homines dictorum locorum facient hostem, verram et cavalcatam et parlamentum per comune et divisim quando comuni Spoleti placuerit [pag.317] et cum quibus ei placuerit. Item promicto quod facient sequimentum anuatim potestati et comuni Spoleti per syndicum, vel separatim sicut comuni Spoleti placuerit, et non recipient vel receptabunt aliquem exbanditum si prohibitum fuerit a comuni Spoleti. Item promicto dare et solvere comuni Spoleti mille ducentas libr. parve usualis monete ad petitionem et volumptatem communis Spoleti. Item promitto quod predicti omnes homines synguli et alii qui cum eis erunt predicta omnia et singula promicte syndico communis Spoleti nomine dicti communis recipienti, et nomine predictorum hominum adtendere et observare et contra non venire in perpetuum ubicumque sunt vel erunt, et quod predicti homines dictas promixiones renovabunt et ratificabunt ad petitionem et volumptatem communis Spoleti, quas promissiones, dationes et concessiones ideo feci pro expensis quas comune Spoleti fecit pro dictis hominibus apud Montem leonem et quia comune Spoleti remixit eos in montem leonem (2). Renuntio conditioni indebita, sine causa, doli et metus et omni alii legum auxilio. Que omnia et singula promitto tibi syndico communis Spoleti recipienti pro ipso comuni, adtendere, et observare sub obligatione bonorum dictorum hominum et sub pena mille marcarum boni et puri argenti pro quolibet capitulo commictenda et exigenda, et pena soluta vel non, predicta omnia et singula sint rata et firma. Actum in palatio communis Spoleti presentibus Lonardo baractalis, Paulo johañis alberti, Andrea iañis, Symone oddonis, dño Egidio scorne, dño Egidio arnaldi. Gerardipto dñi abadinghi, Massaricto jacobi, Andreicto dñi jañis, dño philippo johañis, at aliis pluribus.

Ego Simon henrici Sacrosancte Romane Ecclesie auct. not. rogatus hanc cartam scripsi et publicavi, et sygnavi supra.

(1) Questo istruimento, registrato al fogl. 76 dell'Inventano, è corredata di altri parecchi dello stesso anno. La Costituzione del Sindaco Petrucciolo fatta il 1 novembre, della quale esistono nell'archivio del Comune l'originale, e tre copie autentiche. Tre mandati di procura del Consiglio di Spoleto del 10, 11 e 12 novembre al Sindaco e procuratore Berardo di Berardo Zaroni per accogliere sotto la giurisdizione e protezione della città gli uomini delle terre dei Tiberti e Astaiani o Staquani, riceverne in donazione i poggii di cui nel documento, e conceder loro a sede ed abitazione i poggii e i monti di Vetrana e di Monteleone già detto Brufa. E per questo ultimo titolo ed altre concessioni v'è poi un istruimento distinto da quello pubblicato (fogl. 72, 74, 75). La tenuta e possessione del poggio non fu data che il 14 settembre 1266 in cui *Dñus Corradus de Bononia tamquam vicarius dñi Comacii de Gallutiis; potestatis Spoleti et Symon phylippi Bonifantis consul populi Spoleti, vice et nomine communis etc. induxerunt Nicolaum Gerardi Syndicum hominum terre Tibertorum in tenutam et possessionem podii Montisleonis qui olim vocatus fuit Brufa, ad habitandum et habitationen faciendam in ipso podio et CONSTRUENDUM IBI CASTRUM et habitationen ad honorem et servitium et reverentiam Comunis Spoleti. Qui Syndicus una cum ipsis hominibus et ipsis homines intraverunt ipsum podium et receperunt ipsum podium a predictis ut dictum est ad habitandum in ipso podio et construendum ibi domus et habitationes ad honorem et servitium et reverentiam communis Spoleti, etc.* (fogl. 72). - Coi relativi mandati ai sindaci segue poi sotto il giorno 25 settembre 1266 la ratifica delle promesse fatte da Petrucciolo. Molti altri istruimenti di Monteleone registra l'Inventario, che sono anche in copie autentiche separate nell'archivio, ma salvo pochi, di cui alcuno sarà pubblicato a suo luogo, sono costituzioni di sindaci a presentare omaggi e a pagare fiscali.

(2) L'espressioni usate nella procura sono più esplicite. *Et ad obligandum bona omnia dictorum hominum et Universitatis pro omnibus et singulis supradictis et ad omnem causam adiciendam que ipsi sindaco placuerit in predictis et quolibet predictorum, et specialiter pro eo quod comune Spoleti stetit in servitio ipsorum apud Montemleonem et pro servitio et expensis quas comune Spoleti fecit tempore quo remisit eos in castro Vetrana, et pro aliis expensis quas comune fecit in utilitatem ipsorum, et pro eo quod ipsi confitentur ipsi al sua fuisse communis Spoleti antiquissimis temporibus, et pro eo quod comune spoleti recepit et recipiet eos sub iurisdictione et DOMINIO suo etc.* (Pergamena Originale nell'Archivio del Comune).

1266, 31 Luglio

*Novelle convenzioni stipulate dai Signori di Arrone e di Casteldilago con Simone di Conco Sindaco del Comune di Spoleto (¹).*

In primis quod ipsi domini de Arrono et Castrilacus promixerunt . . . . . anuatim venire Spoletum ad iurandum sequimentum potestatis et precepta communis Spoleti. Item quod ipsi facient exercitum, parlamentum et cavalcatam generalem et spetialem comuni Spoleti, dñi de Arrono per se et eorum vassallos, et secundum quod continetur in instrumentis habitis et factis olim inter eos et comune Spoleti ad preceptum et mandatum potestatis et communis Spoleti. Dñi vero de Castrolacus per se, et ut consueverunt ad preceptum et mandatum potestatis et communis Spoleti. Item quod ipsi dñi omnes et quilibet ipsorum et eorum vassalli venient ad respondendum de iure in civilibus questionibus a viginti solidis supra, in criminalibus vero mallefitiis omnibus coram potestatem et curiam spoletanam quandocumque fuerint requisiti. Item promi [pag.319] xerunt non recipere nec racceptare in eorum castris, et in eorum fortia et districtu, proditores de Montefranco, silicet Antonium johannis jannucii raynaldi rubei, Andream et Thomam Stephani blaxii, Petrum Arroni marci et Stefanum franconis, et facere et curare quod in eorum districtu et fortia non ammictantur. Item quod possessiones ipsorum proditorum sint et remaneant comuni Spoleti, salva provisione facienda ipsis dominis de ipsis bonis per Paulum dñi phylippi jannis et Francesconum pauli oddonis olim consules communis Spoleti. Item promixerunt dicti dñi non recolligere aliquem de hominibus de Montefranco in perpetuum et de eorum districtu. Item promixerunt predicti dñi de Arrono pro eis et eorum heredibus et successoribus a duobus annis in antea venire ad habitandum et habitare in civitate Spoleti, excepto quod domine et familie ipsorum non cogantur venire ad habitandum. Que omnia predicti dñi promixerunt predicto syndico recipienti pro dicto comuni adtendere et observare et facere et contra in perpetuum in aliquo modo non venire pro eis et eorum heredibus et successoribus, quas promixionem et conventionem et pactum sibi fecerunt pro eo quod dictus syndicus promixit predictis dñs de Arrono et castrolacus inscripta et singula. In primis promixit et convenit eis dictus syndicus quod occasione ablationis castri Peroclii non traentur ad curiam Spoletanam, sive ad aliam curiam pro comune Spoleti, nec per spetiales personas civitatis et districtus Spoleti, nec per aliam personam que haberet causam ab eis, et si traherentur, promixit eis dictus syndicus quod comune Spoleti defendet eos et de hoc faciet eis cartam et instrumentum ad volumptatem et sensum dictorum dominorum et sapientium eorum; et pro eo quod ipse syndicus nomine communis Spoleti restituit ipsis dominis possessiones quas habebunt in districtu Spoleti seu terras et vineas et casalina quas ipsi admixerunt, et destructa fuerunt per comune Spoleti, quas possessiones et bona restituit eis dictus syndicus sub ac conditione et pacto, quod ipsa bona remaneant et sint in ea obligatione et promissione in qua fuerunt actenus ante quam destructa fuissent, ita quod si omnia que promissa sunt per ipsos dominos non observarentur ab eis vel ab heredibus eorum et successoribus, quod omnia bona deveniant in comune Spoleti, et ipsa bona non possint alienari nec pignorari. Item promixit eis dictus syndicus silicet dominis de Castrolacus restituere pretium domus quam dñi habuerunt in civitate Spoleti, qua data fuit fratribus predicatoribus per comune Spoleti, dummodo pretium detur in accomanditum donec rehemerint domum in civitate [pag.320] Spoleti. Item promixit ipsis dominis de Arrono quod ipsi domini de Arrono et eorum familie non cogerentur venire ad habitandum in civitate Spoleti hinc ad duos annos, et a duobus annis in antea debeant et cogantur venire ad habitandum ut supra dictum est, etc. Item promixit eis dictus syndicus quod ipsi dñi de Arrone et Castrolacus corporaliter non cogantur venire ad civitatem Spoleti hinc ad duos annos salvo quod si vocarentur per curiam Spoletanam quod possint et debeant se per procuratorem legitimum presentare et respondere de iure. Item dictus syndicus nomine communis Spoleti, et dicti dñi omnes pro eis et pro eorum vassallis, quetaverunt et remiserunt inter se alter alteri etc. omnes iniurias, processus et offensas, et dicta et facta hinc inde. Item promixit dictus syndicus nomine communis Spoleti

ipsis dominis non recolligere aliquem de eorum vassallis. Que omnia et singula promiserunt inter se vicissim alter alteri facere, adtendere et observare et contra in perpetuum non venire, sub pena duarum millium librarum a qualibet parte non observante alteri parti observanti etc.

Actum prope pontem de Arrono juxta flumen presentibus fratre Andrea de Fulgineo, frate Marco de ordine minorum dño Comatio de Gallutiis potestate Spoleti, domino Corradino ejus socio, dño Laurentio de Seniorellis judice potestatis, henrico notar. dicte potestatis, etc.

(1) Dall'strumento trascritto nell'Inventano al foglio 54. - Avendo lasciato di riportare per brevità le formalità con cui l'atto comincia e finisce e che non sono che quelle notissime comuni a tutti gli'strumenti di simile materia, reputo tuttavia utile il notare i nomi degli stipulanti che sono: *Dñus Anselmus filius olim dñi transarici - dñs Johannes testa et dñus Arronus filii olim dñi thomassi - Henricus dñi raynaldi - Octavianus dñi berardi de Arrono* per sè e per i minori *Octavianus et Odducius et Corraducius fili olim dñi raynaldi gentilis, et Andreucius et thomassius filii olim dñi Andree*, che avrebbero fatto che avessero *rata et firma* le cose convenute, e che pervenuti all'età di quattordici anni facessero un istituto simile a questo che allora si stipulava. Quelli dell'altra gente erano *Gentilis dñi gentilis Octaviani, et Thomassius dñi Jannis, et Rogerius dñi Oddonis, et Jacobutius et Gentilictus et Gualterictus maglerii de Castrolacus*, i quali si obbligavano come si è detto degli Arroni anche per *Ottavianucus filius olim dñi Oddonis et aliis qui minores sunt*. - Segue un altro istituto di poche linee di supplemento a questo, per cui *Eodem die, presentibus eisdem testibus, in jardino sive viridario filiorum dñi berardi de Arrono*, fece le stesse convenzioni *Thomassius filius olim dñi Andree* (fogl. 55.) Nello stesso foglio è registrato il contratto dei medesimi relativo al castello di Perocchio, di cui dò larga relazione nella storia.

## LVI.

1267, 7 Febbraio

*Il Comune di Spoleto compera parte di due case private, confiscate dalla Inquisizione<sup>(1)</sup>.*

In Dei nomine am. millo ducent. sexagesimo septimo, tpe. dñi Clementis pp. quarti, indict. decima et die septimo intrant. februari. hoc quidem tempore Andrioctus dñi Jañis petroni syndicus ordinatus pro comune Spoleti et procurator dñi Taurelli de Taurellis, de cuius sindicatione et procura constat per publicum instrumentum scriptum per henricum boneionte not. ad vendendum bona condempnatorum vel illorum qui condempna [pag.321] buntur in futurum occasione heretice pravitatis, sponte sindicario et procuratorio nomine dicti communis et potestatis, de voluntate et mandato fratris Angelari inquisitoris heretice pravitatis, et eo volente et presente, vendidit, tradidit, et concessit dño Jacobo Agure syndico a comune Spoleti ordinato et statuto ad emendum, nomine et vice ipsius communis et pro ipso comuni, quinque partes pro indiviso duarum domorum quo fuerunt olim filiorum Tancredi positarum in via sancti Johannis, in parochia Sancti Donati infra hec latera: a primo via qua itur ad ecclesiam Sancti Donati, a secundo alia via de subtus que vadit per forum, a tertio platea fori, a quarto domus que fuit olim lambrotturi condempnata, vel si qua alia essent latera, cum introitibus et exitibus suis etc. que domus.... fuerunt confiscate et publicate ecclesie romane per dictum inquisitorem, sicut appetit per sententias latas per eundem inquisitorem scriptas per publicos notarios occasione condempnationis et inquisitionis facte et publicationis per dictum inquisitorem de bonis filiorum Tancredi occasione heretice pravitatis etc. <sup>(2)</sup>)

(1) Memorial, fogl. 26.

(2) Il rimanente è un contratto ordinario di nessuna rilevanza. Solo noto che la vendita fu fatta per *centum sex lib. dñr. parvorum usualis monete*. - Anche in alcuni altri contratti registrati nel memoriale fogl. 17, 18, 25 s'incontra la menzione dell'autorità dell'inquisitore come io ho riferito nella storia. In uno del sei di marzo 1267, si legge: *domina Altigrima uxor olim Bonaventure tancredi pro se et tutorio nomine Bartolitti nepotis sui quondam filii Simonici et Jeiune, cuius Bartolitti ipsa domina Altigrima dicebat se tutricem et dña Bevenata olim uxor dicti Simonis, constitute coram fratre Angelario inquisitore heretice pravitatis in administratione Sancti Francisci per sedem apostolicam constituto, sponte voluerunt, acceptaverunt, ratificaverunt et consensierunt in estimatione facta per Tomam petri bonagine et Mattaronum pauli, de sena ita olim dicti Simonis posita in via Sancti Johannis justa via a duobus lateribus et justa casalenum ubi fuit olim domus dicti Simonis delecta occasione criminis hereseos, item et in estimatione facta per se*

*ipsas dmas coram ..... dicto fratre Angelario inquisitore etc.* L'strumento è *Actum apud locum fratrum minorum de Spoleto*. (fol. 25). In altro atto del 22 aprile dello stesso anno: *Andriottus domini jannis syndicus constitutus per concilium Spoletanum de consensu religiosi viri fratris Angelari inquisitoris heretice pravitatis in administratione etc.* come nel documento pubblicato nel testo, e segue un contratto con Salvetto e Marco di Giacomo di Tommaso de' Passeri, per cui si da loro *titulo permutationis.... totum murum sive parietem muri cum solo existente in vaita petrengia juxta domum ipsorum, et juxta viam et juxta casalenum senaite olim petruti petri soperbe, que senaite nuper condemnata et destructa estitit per fratrem Angelariun dictum inquisitorem propter receptionem patarenorum, seu criminis heresos quod incurrerat idem Petrutius. etc.* (fol. 18 bis).

[pag.322]

LVII.

1269, 13 Giugno

*Gli oratori di Cascia chiedono nel consiglio di Spoleto assoluzione dai bandi e dalle pene in che erano incorsi* <sup>(1)</sup>.

In nomine dñi Am. Eiusdem a nativitate Millemo ducentesimo sexagesimo nono, Indictione duodecima, Ecclesia Romana pastore vacante, tempore regiminis viri nobilis magnifici et potentis Ursi de filiis Ursi Civitatis Spoleti honorabilis potestatis, mense junii die xiii intr. spetiali et generali Civitatis Spoleti consilio per sonum campane et tube ac preconum voces, in palatio Comunis, more solito congregato, una cum consulibus antianis et capitaneis artium et societatum civitatum eiusdem, et quatuor de qualibet arte et societate, de mandato nobilis viri Jacobi dñi Sanguigii vicari dicte civitatis ad petitionem ambasatorum Cascie Johannis Peccatoris videlicet et Rainaldi dñi Rogerii; dixerunt in dicto consilio prefati ambasiatores pro parte Comunis Cascie quod multum peccaverunt et praviter offenderunt Comune et homines Cascie, tamen de curialitate et binignitate Comunis Spoleti confisi tamquam filii de parentibus, et fideles ac devoti de dñis, suis misericordiam et veniam postulantes parati erant penam portare et substineri ac penitentiam facere quam Comune Spoleti eis [pag-323] duxerit imponenda et imposuerit, renuntiando omnibus pactis, convocationibus et promissionibus eis factis pro Comune Spoleti, et supplicaverunt humiliter quatenus rebandiri deberent et extrahi de penis et bannis in quibus hucusque Comune et homines Cascie incurrerunt et positi fuerunt per Comune Spoleti, cum intentionis eorum sit in devotione et fidelitate Comunis Spoleti perpetuo permanere et non discedere.

Actum in Palatio Comunis Spoleti coram dño Francisco et dño Aspinello iudicibus dicti Comunis, dño Hugolino dñi Massei, dño Marino et aliis in consilio existentibus etc.

Ego Janninus Sacri Imperii notarius predictis interfui et ea sicut audivi et dicta fuerunt scripsi et pubblicavi de mandato vicarii superius nominati.

(1) Reg. fogl. 154. Questa comparsa degli oratori casciani e in conseguenza di ostilità che quella terra aveva avuto con Spoleto per Monteleone, e di cui si hanno documenti nello stesso Regesto (fogl. 153, 154). V'è l'elezione di Giacomo di messer Rogerio a sindaco per stipulare la tregua col Sindaco di Cascia, che ci mostra un popolo uscito in armi a comune: *Congregato spetiali et gñali Civitatis Spoleti consilio una cum consulibus, antianis, capitaneis artium et societatum et quoquor de qualibet arte et societate civitatis eiusdem et duodecim viris sapientibus super facto guerre deputatis, per sonum tubarum et preconum vocis ut moris est, in claustro ecclesie Sancti Fortunati de Primocasus destrictus Cascie, in quo loco et vocabulo Comune Spoleti erat hostiliter castramentatum, mandato nobilis viri Ursi de filiis Ursi civitatis prefate honorabilis potestatis etc.* Segue il giuramento di Leonardo Ferri sindaco di Cascia, fatto innanzi al podestà di Spoleto nello stesso giorno, con cui promette *precepta ipsius potestatis et communis Civitatis Spoleti integre attendere et perpetuo observare*. La tregua fu stipulata il giorno 9 e il sindaco di Cascia prometteva all'altro *reddere, restituere hodie ad suam petitionem et voluntatem omnes captivos cives et comitatenses Spoleti per Comune Cascie in vinculis detentos, omni occasione et exceptione remota, et ex nunc ad quatuor annos proxime venturos completos firmam treguam seu firmas treguas tenere et observare..... et homines Civitatis Spoleti etc. ab hodie in antea non offendere ab hominibus Cascie.... immo libere morari et redire possint pro libito ad Casciam etc. sine aliqua offensione etc.* - Si riferiscono a questi fatti due documenti del 13 febbraio 1271 che si leggono nell'Inventario. Nel primo i Monteleonesi fanno loro rettore Bernardino di Pianezza col consenso di Bertoldo de Bellugani podestà di Spoleto, *ad gerenda, exercenda, et facienda negotia dicti communis et universitatis*, il quale officio dovesse durare *ad beneplacitum et volumptatem potestatis et communis Spoleti.* (fogl. 76). Nell'altro Gualtiero Lotteri, eletto loro

sindaco, nello stesso giorno promise al detto podestà che gli uomini di Monteleone *pertinebunt in perpetuo ad servitium, fidelitatem et honorem Comunis Spoleti* (fogl. 77). - Anche nel Memoriale si leggono atti che riguardano le relazioni di Cascia con la città, ma del 1277. L'elezione del 28 giugno di Paolo Gualco come sindaco a fare amicizia e società con il comune di Spoleto, e a promettere di adempiere i patti fatti tra Cascia, Spoleto et *dominum Filippum Baractalem et consortes occasione castri Usigni et podii domus.* (fogli 44). - Il mandato fatto il 27 luglio al medesimo Paolo a ricevere *finem et quietationem de omnibus offensis, ferutis et dampnis ..... in personis et rebus etc.* E poi la corrispondente quetanza e remissione fatta da Angelo Scagni sindaco di Spoleto. (fogl. 45)

[pag.324]

LVIII.

1270, 5 Settembre

*Il Console e l'universtà di Collestacte donano a Spoleto il poggio ove fu il Castello di S. Maria per erigervi delle fortificazioni<sup>(1)</sup>.*

In nomine dñi Am. Año dñi a nativitate dñi millocCLXX Romana Ecclesia Pastore vacante, Ind. XIII. mens. septem. die v int. Jacobus dñi petri olim de Collestacte syndicus, actor, procurator et nunctius specialis hominum et Universitatis olim de Collestacte ad hec spetialiter constitutus, ut constat per me Tadeum infrascriptum not. sponte, nomine et vice dicta universitatis et hominum, donationis titulo inter vivos irrevocabiliter dedit, tradidit et concessit dño Valterono de Cusano potestati communis Spoleti presenti et recipienti nomine et vice communis Spoleti et pro ipso comuni tamquam benemerito montem, podium et collem in quo olim fuit constructum castrum, quod olim appellatum fuit Mons Sancta Maria, quod mons, podium et collis positus est in episcopatu Spoleti, et comitatu, sicut ipsi homines asserunt, de districtu Spoleti, a capite cuius montis via pubblica que vadit versus yterampnum, ab alio latere seu a pede via publica que vadit et est iuxta flumen Nere sive prope flumen Nere, ab alio latere fossatus sive vallis que est inter dictum montem et colle [pag.325] sive castellare collis stacte olim, a quarto latere est planum quod est versus castrum lacus, ad castrum, munitionem sive monitiones faciendum et construendum, ad habendum, tenendum, possidendum et utendum, et ad omnia alia et singula facienda que ipsi potestati pro ipso comune Spoleti, et ipsi comuni deinceps perpetuo placuerit facere, et que aliquis in re sua facere potest, salvis et reservatis possessionibus, collis et laboratoriis que sunt spetialium personarum extra carbonarias et foveas quas comune Spoleti facere voluit in ipso monte, podio et colle, et ad vias et stradas faciendas et ordinandas per ipsum montem totum et in ipso monte, podio et colle in predicta latera usque ad vias et stradas publicas sicut ipsi potestati vel ipsi comuni placuerit Et dedit et cessit et mandavit dicto titulo donationis predictus syndicus dicto potestati, recipienti vice et nomine dicti communis et pro ipso comuni, omnia iura actiones, exceptiones, defensiones, reales et personales, utiles et directas que et quas ipsa universitas, et ipsi homines et quilibet ipsorum habent vel habere debent, vel hactenus habuerunt in ipso monte, podio et colle toto in predicta latera sine aliqua reservatione nisi ut dictum est; et dedit et tradit ipsi potestati, recipienti nomine et vice dicti communis Spoleti et pro ipso comuni, liberam et absolutam possessionem de ipsa re, dans eidem potestati nomine dicti communis Spoleti et pro ipso comuni et ipsi comuni liberam licentiam et plenariam potestatem ipsam rem habendi, tenendi, possidendi, utendi, et quicquid dicto comuni deinceps placuerit faciendo; et fecit et constituit ipsum potestatem recipientem nomine dicti communis et pro ipso comuni, et ipsum comune, procuratorem in rem suam ut suo nomine possit agere, intemptare, excipere et replicare et se tueri utilibus et directis actionibus, et omnia et syngula facere que verus dominus de sua re facere potest, et que ipsa universitas et ipsius habitantes et quilibet eorum hucusque facere potuerunt. Renuntiavit exceptioni non facte donationis, traditionis et concessionis, doli et metus, indebita et sine causa, inmse et non insinuate donationis; que donatio si legitimum modum excederet, vult et volunt, tot sint donationes quot sunt vel esse possunt sume legitimate donationis que sine insinuatione fieri possunt, et omni legum auxilio, et non receptorum, collatorum seu prestatorum meritorum, servitorum et beneficiorum exceptioni, que dicta universitas olim de Collestacte et homines ipsius universitatis contra hec dicere vel opponere

possint. Et fuit confexus ipse syndicus a dicto comuni Spoleti, nomine dicte universitatis et hominum ipsius, pro multis servitiis et adiutoris eis, [pag.326] factis per ipsum comune Spoleti a tempore destructionis castri olim de Collestacte usque nunc pro utilitate et statu ipsorum hominum et promixit et convenit ipse syndicus, nomine dictorum hominum et universitatis predicte, potestati recipienti nomine dicti communis Spoleti stipulanti, omnia et singula supradicta adtendere et observare, et rata et firma habere, et nullo tempore contrafacere vel venire occasione ingratitudinis vel aliqua alia occasione, sed rem ipsam legitime defendere, auctorizare et disbrigare ab omni universitate et persona, sub pena centum marcarum argenti sollempni stipulatione promissa. Qua pena soluta vel non, predicta omnia et singula in sua permaneant firmitate. Pro quibus omnibus et singulis supradictis obligavit ipse syndicus dicte potestati recipienti nomine dicti communis Spoleti, et pro ipso comuni, omnia bona dicte universitatis et hominum ipsius, et ipsum comune in propria re per se vel alium nullo tempore molestare. Actum in monte Sancte Marie, presentibus Ugolino dñi Massei, dño Phylippo Baractalis, Girardono dñi Giliberti, dño Phylippo dñi Girardi, et dño Andrea ejus fratre, et aliis pluribus testibus.

Ego Tadeus Raynaldi auctoritate sacrosancte romane ecclesie notarius hiis interfui, rogatus scripsi et pubblicavi.

(1) L'atto (Inv. f. 150) è preceduto dalla relativa costituzione del sindaco Giacomo di Pietro, fatta nello stesso giorno nel detto monte. Collestatte si era dato a Spoleto sino dal sette dicembre 1260, in cui *apud castrum collis stactis in ecclesie S. Petri Jacobus iannis nichole consul Collis stactis* e il consiglio speciale e generale di quel castello, crearono sindaco Paolo di Beatrice *ad iurandum et faciendum precepta et mandata potestatis et communis Spoleti, et successorum ipius potestatis qui erunt per tempora et ad promicendum ... quod comune Collis stactis recipient anuatum ... rectorem quem Comune Spoleti dabit etc. Et ad omnia alia et singula facienda, et promicendum observari que communis Spoleti eis preceperit per tempora, etc.* (Reg foglio 67, Invent. fogl. 150). Le fortificazioni (*munimina*) fatte nel monte Santa Maria dagli Spoletini furono principio di una rocca che formò con Collestatte una sola comunità; e nello stesso inventario si trova un atto del 1436 (fogl. 149) in cui si legge *Congregata et Cohadunata in unum generalis Arrenga communis et hominum Collistactis et turris*, che prese poi il nome di Torre Orsina, per essere venuta in mano di quella famiglia; *in sala magna palatii domorum*, segue l'allegato documento, *residensie magnifici dñi Petrangeli de Ursinis naturalis dñi predictorum castrorum.*

## LIX.

1273, 21 Marzo.

*Gerardo della Costa Auditore Generale della Camera fa intimare ai Trevani che nulla operino contro Camero ed Orzano che si erano appellati al Papa* (¹).

Andreas quondam magistri Ricardi canonicus ecclesie Sancte Marie Maioris assinatis, discretis viris potestati consilio et comuni Trevij salutem in dño. Noveritis nos a magistro Gerardo de Costa causarum camere dñi pape generali auditore recepisse litteras in hac forma.

Magister Gerardus de Costa iuris civilis professor et causarum dñi pape generali auditore, discreto viro donno Andree magistri Ricardi canonico ecclesie Sancte Marie Maioris de Assisio salutem in dño. Quum universitas seu comune Trevi dudum [pag.327] arcem quam in eodem castro Romana Ecclesia obtinebat, destruere presumpserunt, nobilis vir dñs Ubertinus Vicecomes dñi pp. nepos, rector ducatus Spoleti, eamdem universitatem treborum in certa summa pecunie sententialiter condempnavit (²), cumque dicta universitas sive comune compellant homines communis Camuri et Ursani ad solvendum quintam partem condempnationis predicte, licet quod homines Camuri et Ursani circa districtum huiusmodi, culpabiles prout dicitur non fuissent, nec in eadem condempnatione aliquatenus comprehensi, prefati homines a compulsione huiusmodi ad dmn pp. appellañt, curia cuius appellationis *causa* tam coram nobis pendente, idem rector eisdem hominibus Camuri et Ursani sub certa forma suis dedit litteris in mandatis ut portionem eis impositam a dicta universitate seu Comune de quantitate condempnationis preditte imposite solvere procurarent. Cum igitur pendente causa appellationis huiusmodi nihil continet. ipsos homines debeat innovari, discretioni vestre presentium tenore mandamus quatinus universitatem

seu comune sepe dicti castri trebii monere curetis ut dicta causa appellationis sit coram nobis pendente, continetur predictos homines Camuri et Ursani super premissis aliquid innovari presumant, et que innovata studeant revocare ad ipsos, si necesse fuerit per censuram ecclesiasticam compellendo; monentes nichilominus rectorem predictum ex parte nostra ut pendente causa appellationis huiusmodi occasione premissa dictos homines Camuri et Ursani non molestet seu molestari permittat, diem autem monitionis quicquid inde feceritis remissurus nobis presentes autentico scripto fideliter intimetis. Data apud Urbem xv callendis aprilis pontificatus dñi Greg. pp. x anno primo.

Unde volens predicti dñi Auditoris obedere mandatis discretionem vestram, qua fungimur auctoritate, requirimus et ortamus quatinus pendente appellationis causa coram ipso auditore, contra homines Camuri et Ursani super premissis innovare aliquid presumatis, et que innovata studeatis revocare, alioquin contra vos si necesse fuerit ad excommunicationis sententiam procedemus iuxta predictam continentiam litterarum. Et cum sigillum primum non habemus ad manus, sigillo ma [pag.328] gistro Thome Ricardi not. fratris mei has fecimus litteras sigillari. Data xi die exeunt. mensis martii in Ascisio.

Representate fuerunt per me Johannem infrascriptum dño Andrea judice et vicario dicti castri Trevii, et date in manibus suis in palatio communis dicti castri, die nono exeunt. mensis martii, sub anno millesimo ducentesimo septuagesimo tertio, indictione prima, tempore dñi Gregorii pp. x. coram Masaroni dñi vivieni, magistro Andrea notario et aliis pluribus testibus rogatis et vocatis.

(1) Memor. fogl. 4.

(2) Per il pagamento di questa somma *Comune Spoleti fideiussionem, obligationem et promissionem fecit pro comune Trevi* come si legge nella quetanza fatta dal rettore Visconti il 16 marzo 1273 (fogl. 67). Si noti come in questo documento si scriva *Ursano*, che nel documento n. 63 è sempre *Urzano*; di ciò come in altri casi simili, è cagione la difettosa e incerta pronunzia.

LX.

. . . . .

*Memoria delle antiche ragioni che aveva la Curia Romana nel territorio di Castelritaldi, nella Normannia e altri luoghi vicini* (1).

In nomine dñi Amen. In libro ubi jura ecclesia romane pertinentia in ducatu annotata sunt, qui est penes rectorem ducatus talis reperitur scripture:

Item habuit ecclesia romana in eodem comitatu Castrum litaldi curie manuale, quod est distractum, et ponebatur ibi vicecomes seu vicarius pro curia qui dominabat ibidem et jus reddebat omnibus de contrata per judicem ipsius, et fiebat ibi forum generale quolibet die martis, et colligebatur ibi pedagium et salquaticum pro curia et omnia percipiebat, ordinabat et disponebat vicarius sicut volebat, et erat dominus in partibus illis pro ecclesia, videlicet in castris mazzani, clarignani, morici, moricule, castagnole, monticuli et jani, et tota normannia. Sed in castro Jani quod est aliis manis elligebatur rector de voluntate et consentia domini ducis et suo mandato. De castro vero monticuli dominus dux aliquando fatiebat gratiam dño episcopo de Spoleto, non tamen quod jura curie dimitteret, sed partiebatur a nuntio domini episcopi. Predicta autem castra et ville servire debent ecclesie in procurationibus, fodero, bannis, follis, salariis, giseniis, modiis, adiutoriis festorum, exceptis castro jani et Castro litaldi, que non dabant modia, set omnia alia sic.

Ego Matheus Mathey Engnasius imperiali auctoritate notarius ut in dicto libro inveni ita exemplavi, publicavi et manu propria scripsi.

(1) Memor. fogl. 5.

1274, 2 Aprile

*Il Comune di Spoleto elegge sindaco Simone di Fidanza a portare ad effetto la composizione della discordia col rettore del ducato Guglielmo Visconti<sup>(1)</sup>.*

In dei nomine millo ducentesimo septuagesimo quarto, indict. secunda tempore dñi Gregorii pp. decimi, die secundo aprilis. Consilio spetiali et generali civitatis Spoleti cum consulibus artium et societatum, antianis populi et cum quingentis hominibus adiunctis, in palatio communis ipsius terre voce preconia et ad sonum campane secundum consuetudinem congregato. Nobiles viri Jaconellus de Perusio potestas et dñus Roglerius de Luca capitaneus civitatis Spoleti cum consensu et voluntate ipsius concilii et ipsum concilium totum nemine contradicente cum auctoritate ipsorum potestatis et capitanei, constituerunt et ordinaverunt Simonem Fidantie suum concivem presentem, suum et dicti communis verum syndicum et legitimum procuratorem ad iurandum precise et fatiendum mandata Egregi Viri dñi Guillielmi Vicecomitis, ducatus Spoleti rectoris, super excessibus per ipsum Comune Spoleti et singulares personas civitatis, comitatus, et districtus Spoleti comuniter vel divisim contra ipsum dominum rectorem vel ipsius familiam seu nuntios, vel contra quancumque communiantiam aut aliquam spetiale personam de ducatu Spoleti, facto vel dicto factis vel comissis et super contumacis penis et bannis que incurrerunt vel incurrisse videntur occasione excessuum predictorum. Et ad promittendum, nomine et vice dicti communis, eidem dño rectori dare et solvere ad peti [pag.330] tionem ipsius tria milia libras usualis monete pro dictis excessibus, penis et bannis et contumatiis. etc. Item ad recipiendum, nomine dicti communis Spoleti et omnium communium, universitatum et villarum seu comitatus et districtus et nomine singularum personarum civitatis et districtus ab eodem dño Guillielmo Vicecomite ducatus Spoleti rectore per se suisque successoribus quetationem, remissionem et generalem absolutionem de omnibus excessibus, iniuriis, offensionibus et dampnis dicto vel facto, illatis, vel factis aut que illata dicerentur per commune Spoleti etc. Et ad recipiendam promissionem ab ipso dño duce de conservatione privilegiarum eidem comuni, omnia eorum iura, et omnes actiones et exceptiones ..... etc.

(1) Memor. fogl. 1. (brani di un frammento). Al foglio 7 è registrata la *Carta quietationis facta a dño Guillielmo*, il 23 Aprile, che *per se suisque successoribus remisit et quietavit comuni Spoleti ... omnes excessus etc ... cassando et irritando omnes processus, banna, contumacias condemnationes... et fecit finem, quetationem, rimissionem etc. Item promisit et convenit... quod dñs Dux observabit eidem comuni Spoleti omnia privilegia eidem comuni per ecclesiam concessa ... dñs Dux confessus est se recepisse a dicto syndico ..... dicti communis tria milia libras usualis monete ... Actum infra menia palatii episcopatus Fulginie, presentibus dño Cardinali de Tornaquintis potestati Asisii ... et multis aliis testibus rogatis*. La quietanza non è che un frammento, perchè il foglio è stato in parte reciso. Al foglio a, v'è una breve lettera con la quale il rettore toglie di bando Spoleto.

1274, 26 Aprile

*I Ganesi si sottopongono in perpetuo all'assoluta signoria di Spoleto<sup>(1)</sup>.*

In Xpi nomine am. Anno millesimo ducentesimo Septuagesimo IIII.<sup>o</sup> Indict. Secunda die xxvi mensis aprilis Jacobus balduini sindicus communis et hominum Castri Jani, ut constat de sindicatu ipsius publice instrumento scripto manu Ge[pag.331] rardi notario, in pieno et generali consilio communis Spoleti, viso et lecto, nomine et vice dicti communis Janj et pro ipso comuni Jani et universitate hominum dicti castri Jani, et in animabus ipsorum iuravit corporaliter in dicto consilio absolute omnia precepta et mandata dñi Jaconi quondam dñi Ofreducti de Perusio potestatis civitatis Spoleti, et dñi Roglerii de luca capitanei populi civitatis Spoleti, pro comune Spoleti recipientium et eius nomine et suorum

successorum, et attendere et observare inviolabiliter perpetuo omnia ea precepta et singula, et mandata que ipsi communis Jani et hominibus ipsius communis Jani fient per predictos potestatem et capitaneum vel alterum eorum, et eorum successores, seu per Comune Spoleti et in aliquo non convenire perpetuo sub pena decem milia marcharum argenti et sub obligatione omnium bonorum dicti communis Jani presentium et futurorum, quorum omnium suorum bonorum constituit se possessorem pro comune Spoleti et nomine. Actum Spoleti in palatio dicti communis in pleno et generali consilio, presentibus dño Filippo de turri, dño Berardo Zaronis et dño Filippo dñi Gerardi et multis aliis testibus rogatis et vocatis.

(1) Memor. fogl. 3. V'è nel Memoriale e nel medesimo foglio anche un istruimento simile del Castello di Montecchio, ed anche la costituzione del Sindaco che lo stipulò, *Matheus Acurri*, che fu nominato il 23 aprile dello stesso anno da *Gratiolus pauli Consul sive rector castri Monticuli cum consilio dicti castri etc.* (fogl. 3.) Simone *Fidantie*, incaricato del negozio col rettore, trattava anche co' Gianesi, le differenze co' quali erano state cagione di quelle col Visconti, egli prometteva con un istruimento dello stesso 23 aprile al sindaco gianese *Bertollo Gozzi, quod nullam iniuriam et molestiam inferret ipsi comuni Jani ..... vel alicui spetiali persone dicti communis et districtus, occasione iniuriarum vel excessum vel offensarum factarum..... dicto vel facto Spoletinis etc. quod omnes processus, banna et condemnationes imposita et facta pro comune Spoleti ... contra comune Jani vel spetiales personas ... sint cassa et vana et nullius valoris etc. item quod comune Spoleti etc. nullam patient novitatem in dicto castro de Jano, nec in destruendo dictum castrum vel fortitias ejusdem etc.* (Mem. fogl. 5.) In conseguenza di queste stipulazioni venne il ribandimento di Giano e di Montecchio, che seguì nello stesso giorno 26 aprile e per l'autorità del podestà, capitano del popolo e consiglio di Spoleti e che il banditore fece *etiam ad finestras palatii dicti communis et alia et preconia voce et ad sonum tube ut moris est ..... de omnibus iniuriis, et peris et bannis impositis et illatis contra comune et specialibus hominibus et personis dictorum castrorum que incurrerunt huc usque occasione guerre et controversie orte inter comune Spoleti et comune Jani et comune Monticuli tantum. Ita ut a modo pro rebanditis habeantur in personis et rebus, ut sicure et libere vadant per civitatem et districtum Spoleti ut alii cives, et comitatenses dicti communis Spoleti etc.* (Mem. fogl. 4.).

Ma un altro documento, che si legge al foglio 125 dell'inventario mostra che non molto appresso le promesse di piena obbedienza dei Gianesi non erano state mantenute, chè il 3 di maggio 1279 *Concilio castri Jani in domo Uffreduci pelegrini ad sonum campane more solito congregato de mandato Phylippi simonis vicari dicti castri per Petrucciolum henrici potestatis castri predicti ..... ipsum consilium ... et vicarius ... fecerunt Baldovinum Fregonzani presentem etc. legitimum syndicum ad representandum se coram dño vicario communis Spoleti et ad audiendum et intelligendum et parendum mandatis predicti dñi Vicari, et ad jurandum precepta eius super fatto grassie, et super quocunque alio facto quod idem dñs vicarius eidem syndico iniungere voluerit et ad dandum fideiussores super predictis etc. et ad omnia alia et syngula facienda que in predictis opportuna, promicentes nomine ipsius communis et pro ipso comuni ratum et firmum habere quicquid idem syndicus in predictis et quolibet predictorum duxerit faciendum etc.*

[pag.332]

LXIII.

1274, 22 Maggio

*I Trevani danno il mandato ad Alberico di Benvenuto di rimettere e condonare agli spoletini le offese che avevano loro recate pe' fatti di Camero e li Orzano, e a compromettere le differenze in alcuni Arbitri (¹).*

In dei nomine am. Ann. eiusdem Millo duc. septuagesimo quarto, Ind. Secunda, tempore dñi Gregori pap. x. die xxii mensis maii. Actum est hoc in palatio communis Trevii coram dño Petro dñi thomaxii, dño Sevino dñi phylippi, Egidio dñi. massei, Petrono tebaldi et Gozzo gentilis testibus de hiis rogatis. Congregato consilio spetiali et generali communis Trevii more solito voce, tube et sono campane in palatio dicti communis, dñs Jacobus iudex et vicarius communis Trevii, et ipsum consilium totum nemine discordante, unanimiter fecerunt et costituerunt et ordinaverunt atque creaverunt magistrum Albericum Benvenuti, eorum et dicti communis legitimum sindicu et procuratorem, actorem et nuntium spetiale ad fatiendum perpetuam finem, quietationem, remissionem et absolutionem et transactionem et pactum de ulterius non petendo comuni Spoleti et spetialibus personis et sindico communis Spoleti recipienti nomine et vice ipsius communis Spoleti et spetialium personarum, nomine vice universitatum Camuri et Orzani, et spetialium personarum ipsarum universitatum, et omnium qui interfuerunt excessibus infrascriptis, et ad remictendum et absolvendum de omni eo quod petere vel exigere possent comune

Trevii vel spetiales persone dicti communis Trevii a comune Spoleti vel spetialibus personis dicti communis Spoleti, Camuri et Orzani et eorum [pag.333] qui interfuerunt, occasione offensionum et eccessuum quos et quas dictum comune Spoleti, et spetialis persona dicti communis Spoleti, Camuri et Orzani et qui interfuerunt contra comune et spetiales personas de Trevio et eorum res in pertinentiis Camuri et Orzani, Trevii sive Fulginie et Spoleti de mense aprilis proxime preterito et spetialiter die sexto intrante dicto mense, et ad recipiendum nomine dicti communis Trevii omnes captivos Trevii qui sunt in civitate Spoleti cum effectu et eorum sequaces, et ad remittendum et quietandum quicquid a comuni Spoleti et a spetialibus personis comune Trevii et ipsi captivi vel alius pro eis, petere vel exigere possent occasione custodie seu vardie seu detemtionis facte de ipsis captivis, et ad promittendum quod comune Trevii et ipse sindicus nomine communis predicti fatiet et curabit quod spetiales persone ipsius et universitatis Trevii ipsam quietationem et remissionem firmam et ratam habebunt perpetuo et contra non venient aliqua ratione vel occasione sub infrascripta pena; et ad confitendum sibi fore integraliter satisfactum pro comuni et spetialibus personis, et ad compromittendum in dñm Leonardum archidiaconum spolitanum, dñm Panem, dñm Mainardum et Petrum dñi Bertolli ambaxiatores communis Fulginie, et in dñm Jacobum dñi Simonis et Phylippum blanconis ambaxiatores communis Mevanie, et dñm Cristianum et Bertollum dñi nichole ambaxiatores de Spello, de litibus et questionibus, sive lite et questione que sunt vel esse possunt inter comune Spoleti et comune Trevii, et homines dictarum universitatum occasione castri Camuri et Orzani et homines dictorum castrorum et universitatis ipsorum et jurisdictionis pertinentium ad ipsum comune Trevii tanquam in arbitros, arbitratores et amicos comunes, et compositores ut dictas lites et questiones et litem et questionem possint cognoscere et diffinire terminare, smare de iure super ipsis litibus et questionibus, et ipsas lites et questiones sive discordias dirimire et diffinire, semel vel pluries de uno capitulo vel pluribus vel omnibus cognoscere, diffinire, sententiare, determinare, laudare et arbitrari, et ad promictendum penam. c. marcharum argenti nomine dicti communis Trevii, et singularum personarum dicti communis dicto sindico communis Spoleti et ad obligandum bona dicti communis Trevii, pro servandis predictis omnibus et infrascriptis et ad promictendum ratum et firmum habere et tenere sub dicta pena quicquid dicti arbitri dixerint, preceperint, sententiaverint et pronuntiaverint comuniter et concorditer nomine dicti communis Trevii et pro ipso comuni Trevii, et spetialium personarum in uno capitulo seu de pluribus vel de omnibus promittentes rata et firma habere omnia [pag.334] supradicta sub ipotheca et obligatione bonorum dicti communis Trevii, que totiens comittatur in solidum quotiens contrafactum fuerint in quolibet capitulo, qua soluta vel non, nichilominus laudum et compromissum rata sint et firma.

Ego Andreas aule imperialis notarius hiis predictis interfui, et mandato iudicis predicti et vicarius et consilii universi ut supra legitur scripsi et publicavi.

(1) Memor. fogl. 62. - A questo mandato vien dietro nel Memoriale l'istrumento di quetanza: *Instrumentum sicuti sindicus communis Trebii promisit ratam habere finem quietationem et remissionem factam comuni, Spoleti per homines de Trebio captos occasione Camuri et Orzani, et in dicto loco Camuri et spetialiter dño Bertollino pro comuni Spoleti* (fogl. 66). E nel fogl. stesso segue la ratifica e quetanza dei settantadue prigionieri trevani *captivos de Trebio*, che ritesse le cose dette nel mandato che qui si pubblica. Facendo quetanza di tutte le offese ricevute *in pertinensis Camuri et Orzani, Trevi, Fulginie et Spoleti, ... de mense aprilis, et spetialiter die vi. ... et de omni eo quod ipsi ... petere possent occasione predicta, vel occasione guardie seu detemtionis facta de ei. in civitati Spoleti etc.*

#### LXIV.

1270, 23 Ottobre

*Donna Mimaldesca di Oderisio di Usigni ed altri condomini donano a Spoleto il detto castello* <sup>(1)</sup>.

In dei nomine am. anno dñi Millo ducentesimo septuagesimo sexto tempore dñi Johannis pp. vicesimi primi, indict. quarta et die xxiii. mensis octbr. hoc quidem tempore dñia Mimaldescha, filia olim Oderisii dñi gentilis de Usigno et heres dicti dñi Gentilis, et nunc uxor dñi Nicolai dñi phyllippi Baractalis, ipso

dño Nicolao viro suo presente et consensiente, et dño Phylli Baractalis socero suo, presente et consensiente pro medietate, et Raynaldictus dñi Jacobini Bonensegnie et dña Syma et dña Andrea filie et heredes quondam Syniballicti dñi..... et heredes dñi Andree dñi Gerardi de Usigno, presentibus et consensientibus dño Henrico et Rogericto filiis dñi Thome viris dictarum dñe Syme et dñe Andree pro alia medietate, sponte non metu, nec dolo coacte, titulo donationis inter vivos, quam voluerint omni tempore valere et tenere et nullo tempore revocari occasione ingratitudinis, vel aliqua alia occasione, dant, tradunt, donant et concedunt Raynaldicto Jacobi Thome syndico communis Spoleti ad hoc specialiter constitutus, ut constat de instrumento syndicatus scriptum per Bernardum dñi Munaldi de Egubio not. recipienti nomine et vice dicti communis et pro ipso comuni, podium et castellare castri de Usigno cum toto monte ubi fuit dictum castrum Usigni usque in fossata, et dant, donant et concedunt ei recipienti nomine dicti communis et pro ipso comuni jus quod habent vel habere possunt in hominibus et vassallis qui fuerunt olim de dicto castro Usigni, et dñi Gentilis de Usigno, et dicte dñe Andree dñi Gerardi, salvis et reservatis eis tribus laboratoriis [pag.335] stantibus in dicto monte et molendinis stantibus in fossato quod est in pede dicti montis, cedendo et mandando et concedendo predicte dñe et predictus Raynaldictus predicto syndico recipienti nomine dicti communis et pro ipso comuni Spoleti omnia iura, omnesque actiones defensiones petitiones et requisitiones reales et personales, utiles et directas seu mistas que et quas ipse donatrices vel altera eorum habent vel habere possent in predictis et quolibet predictorum et ipsum syndicum seu procuratorem tamquam in re dicti communis syndicum seu procuratorem constituerunt ut nomine dicti communis possit agere, excipere ac replicare, tenere et possidere, et omnia facere et exercere directis et utilibus actionibus que ipsimet donatores facere vel exercere possent, quam rem se ab eo constituerunt precario possidere donec possessionem intraverit corporaliter, in quam intrandi licentiam sibi concesserunt nomine dicti communis, quas donationem et concessionem promixerunt et convenerunt ratam et firmam habere et tenere, et nullo tempore revocare aliquo modo vel occasione, et promixerunt privilegia et sñas et iura omnia que habent et habere poterint in futurum, dare et assignare ipsi comuni seu syndico ipsius communis, renuntiantes exceptioni non facte donationis, et concessionis, doli et metu, condictioni sine causa beneficio legum que dicunt donatio inmensam ultra quingentos aureos non valere sine insinuatione, et beneficio leg. Jul. Senatusconsultus velleiañ. et omni alii iuri eis et cuilibet ipsorum in hoc competenti vel competituri, et voluerunt quod tot sint donationes de predictis rebus quot essent summe seu quantitates et res donate, ita quod in qualibet et de qualibet re sit una donatio que sine insinuatione fieri posset de iure. Et predicta omnia et singula promixerunt adtendere, et observare et contra non venire aliquo modo vel occasione, sub obligatione bonorum suorum presentium et futurorum. Et dictus syndicus promixit et convenit, nomine dicti communis et pro ipso comuni, predictis donatoribus quod comune Spoleti non permicet nec concedet quod dictum castrum Usigni rehedicetur nec reficiatur ab aliqua universitate vel speciali persona nisi per comune Spoleti, si comuni Spoleti placuerit rehedicare; et si rehedicaretur per aliquam universitatem vel aliquam spetialem personam, vel si iam esset rehedicatum, vel inceptum rehedicari quod comune Spoleti dabit opem et operam quod ipsum castrum devastetur, vel possessiones et bona ipsorum devastentur et destruantur. Que omnia et singula dictus syndicus, nomine et vice dicti communis et pro ipso comuni, promixit et convenit dictis donatoribus adtendere et observare, et [pag.336] contra non venire aliquo modo vel occasione sub obligatione bonorum dicti communis. Et dictus Raynalducus dñi Jacobini in anima dictarum dominarum et in anima dicti dñi Nicolai et dicti Rogericti iuravit ad sancta dei evangelia quod predicti omnia predicta rata et firma habebunt, et contra non venient occasione minoris etatis, nec aliqua alia occasione, et ita scribi rogatus.

(1) Invent. foglio 171.

LXV.

1276, 8 Maggio

*Preceitto dato dal Camerlengo del Papa al Castellano di Cesi e alla Signoria di Spoleto di non molestarsi l'un l'altro pei luoghi e ragioni pacificamente posseduti dai loro predecessori<sup>(1)</sup>.*

In nomine dñi Am. Ann. eiusdem a nativitate MCCLXXVI. Ind. iv. die viii mensis maii, pontificatus dñi Inocentii pp. v. hoc quidem tempore constitutis coram venerabili patri dño R. mati. <sup>(2)</sup> dñi pp. Camerario, dño Petro de Sancto Alberto Vicario potestatis Spoleti, dño Philippo Baractalis, dño Berardo Jañis Rayneri, dño Jacobo dñi Blaxii et dño Berardo Zaronis ambassiatoribus Spoleti ex parte una, et fratre Johanne castellano rocce de Cesis et de Peroclo ex altera, dicti ambaxiatores petierunt quod idem dñs Camerarius mandaret eidem castellano quod omnes villas, terras et possessiones, cum homines et iura de quibus tempore aliorum castellanorum fuerunt in pacifica possessione, dimictetur eis, et non molestaret eos super eisdem. Qui dominus Camerarius dixit quod sibi placebat, et mandavit et precepit eidem Castellano quod omnes villas, possessiones et homines et iura de quibus Comune Spoleti est et fuit in pacifica possessione tempore predecessorum ipsius castellani, dimictetur eis in pace, et non molestaret dictum comunem super ipsis, et nichilominus versa vice precepit dictis Spoletanis ne molestarent dictum castellanum super hiis que nomine castellanie sue pacifice possidebat, seu predecessores sui pacifice possederunt. Et hoc ambe partes acceptaverunt. Actum Lat. <sup>(3)</sup> in camera dicti dñi camerari, [pag.337] presentibus dño Raymundo Bisini, dño Hermanno de Placentia, dño Bartholo basso et aliis testibus ad hec vocatis.

Et Ego Berardus de Mevania apostolica et imperiali auctoritate not. predictis interfui, et de mando predicti dñi Camerari scripxi et publicavi predicta rogatus.

(1) Registrato nell'Inventano al fogl. 190. da una copia autentica del 1288. Vedi Doc. n. 40.

(2) Così col segno d'abbreviatura sopra l'a.

(3) Forse Laterani.

LXVI.

1277, 4 Maggio

*Il sindaco spoletino protesta nel Consiglio di Cerreto perchè quel castello riceva il podestà eletto dalla Città<sup>(1)</sup>.*

In dei nomine am. Ann. dñi millesimo ducentesimo septuagesimo septimo. Indictione quinta, die martis quarto maii, tempore dñi Johannis pp. xxI, in ecclesia Sancti Nicholay de castro Cerreti ubi erat consilium Cerreti maximum congregatum cum multis hominibus adjunctis et vocatis ad ipsum, in quo consilio Marchus dñe Marie syndicus communis Spoleti nomine et vice dicti communis et pro ipso comuni protestatur et dicit coram eis, quod ipsum consilium et comune et homines [pag.338] stantes in eodem debeant recipere et recipient in eorum potestatem dñm Manentem dñi Manentis tanquam potestatem electum et missum per comune Spoleti ad regimen dicti communis Cerreti sub illis penis que sunt et continentur in instrumentis factis et habitis olim inter comune Spoleti et comune Cerreti seu syndicos utriusque communis cum per ipsum comune Spoleti, et ipsum dominum Manentem non stet quin [pag.339] velit eorum officium exercere. Actum in Castro Cerreti in predicta ecclesia, presentibus Luchito dñi Jacobi, dño Philippo dñi Gerardi, et Sarace dñi pet. testibus rogatis et vocatis.

Ego Franciscus Guillelmi not. rogatus predicte scripsi et publicavi.

(1) Memor. fogl. 49. - Nello stesso giorno il detto sindaco fece, e Gerardo da Ponte sindaco di Cerreto ricevette la medesima protesta (Mem. fogl. 50). - Sino dal 1252 davano i Cerretani indizio di loro alienazione, non prestando il servizio militare cui erano tenuti. Un sindacato del 2 di luglio di quell'anno mostra che erano stati richiamati al loro debito, perchè il Consiglio congregato, *precepto Ofreducci Alberti vicarii ipsius castri, eligerunt Deotesalvi Leti absentem*

*sindicum etc. ad obediendum et parendum preceptis potestatis Spoleti et sui vicarii et ad iurandum sua precepta .... de negligentia sive offesa commissa a comune Cerreti contra Comune Spoleti de facto exercitus, quem Comune Cerreti non fecit hoc anno civitati Spoleti et ad dannum fideiussores de preceptis parendis etc. (Reg. f. 13 - Memor. f. 53). - Anche questa volta mostrano i documenti che furono ricondotti all'obbedienza; e si ha il mandato (17 novembre 1277) del consiglio cerretano a Nicola Adenolfi, *ad iurandum et parendum mandatis* del Podestà di Spoleto *super eo quod comune Cerreti non recepit etc. dnm Manentem* (Mem. f. 43). E segue l'atto con cui il detto sindaco il 19 dello stesso mese dà esecuzione al mandato ricevuto. *In pleno consilio generali et spetiali consulum militum (dei nobili) capitanium artium et societatum et quattuor adiunctorum de qualibet societate, sonu campane et voce preconis in palatio communis Spoleti more solito congregato, presente venerabili patre dño fratre Johanne de ordine minorum inquisitore heretice pravitatis, et dño Alberto de Foliano potestate Spoleti et dño Ugolino dñi Thome de Narnia consule et exgravatore Nicholaus Adinolfi de Cerreto sindicus communis Cerreti etc. juravit corporaliter, tacto libro, mandata dñi Alberti de Foliano pot. Spol. et parere mandatis ipsius potestatis et communis super eo quod comune Cerreti non recepit seu non admisit dñm Manentem dñi Manentis in potestatem dicti communis Cerreti tanquam potestatem electum et missum per comune Spoleti etc.* (Mem. f. 44). Il Manente fu ricevuto, e il 12 dicembre prestò a Berardo giudice in quel castello il giuramento di sua podesteria in questa forma: *Juro Ego Manens dñi Manentis potestas castri Cerreti tanquam potestas electus et misus per comune Spoleti, salvis omnibus iuribus et instrumentis et rationibus communis Spoleti et communis Cerreti, et salvo quod si qua capitula vel ordinamenta essent in statuto communis Cerreti que contradicerent vel essent contraria Comuni Spoletano, et iuribus, et instrumentis et honori ipsius communis Spoleti que sint irrita et cassa, nec ego ipse tenear potestas ad observantiam predictorum. Que omnia facta fuerunt in ipsa contione, ipsa contione volenti et nemine contradicente. Actum in castro Cerreti, in platea mercatalis dicti castri etc.* (Mem. f. 43.). Nella stessa forma prestava il giuramento il successore di Manente, Simone di messer Alberico, cittadino spoletino, il primo di maggio 1278 (Inven. f. 29). Altri Atti del 1279 mostrano novella infedeltà di Cerreto. Il 15 dicembre il consiglio del castello, adunato *in costa montis Cerreti prope murum dicti communis quia in ipso castro non poterant stare presenta tempus propter timorem teremotorum* costituirono sindaco e procuratore *Valiente arculanii* (Mem. f. 68); che a compiere il mandato il 20 dicembre (*die XII exeunte*) *in presentia nobilis viri dñi Toscani vicari civitatis Spoleti per magnificum virum dñm Ursu de filiis Ursi dñi pp. nepotem et mariscalcum, pot. communis Spoleti et totius consilii generalis et specialis . . . in palatio communis Spoleti juravit . . . parere et obedire omnibus et singulis mandatis predictorum dñi pot. et vicarii et communis Cerreti vel per literas vel per nuntium, semel vel pluries super excessibus qui dicuntur fore facti per homines et comune dicti castri contra Luchitum jacobi Zachei quondam, per comune Spoleti iam dicti castri potestatem, ac etiam contra ipsum comune Spoleti, et condemnationem seu condempnationes solvere in quibus dictum comune per predictos potestatem, vicarium et comune Spoleti fuit condempnatum.* Ed altri rafforzarono la promessa con il loro giuramento (Mem. f. 69). In conclusione il 21 dicembre messer Toscano comandò al sindaco e ai massari di Cerreto *quod omnia que facta per comune Cerreti predictum in presenti anno tam de capitaneo fatiendo quam omnibus aliis et singulis que contra iurisdictionem Comunis Cerreti pot. quem per comune Spoleti sibi datur, quam etiam contra jurisdictionem communis Spoleti noscerentur in aliquo pertinere, cassent, irritent et revocent*, che soddisfassero pienamente agli eredi di Luchetto per ciò che avevano operato contro di quello, e ne ricevessero in podestà il figliuolo. Così che *omnes remissiones exbanditorum et sententiarum que facte sunt . . . a tempore quo dictus Luchitus a potestaria dicti castri recessit, dictum comune casset, irritet et pro nullis habeant cum predicta facta fuerint in dampnum et iniuriam dicti Luchiti et non sine contemptum Comunis Spoleti etc.* (Mem. f. 69.)*

## LXVII.

1277, 29 Luglio

*Istrumento di una lega tra Perugia, Orvieto e Spoleto (¹)*

In dei nomine am. Anno dñi millmo ducent. septuagesimo septimo, Indictione quinta, apostolica sede pastore vacante, die tertio exeunte iulio. Ad honorem omnipotentis dei et beate Marie Virginis gloriose, et ad honorem sancte romane ecclesie matris nostre, et ad honorem et reverentiam summi Pontificis et suorum fratrum, et ad honorem alme urbis et ad honorem et pacem et tranquillitatem omnium civitatum infrascripte societatis ut ipsarum iura et honores possint et debeant de bono in melius augmentari et rebellium superbiam dogminari valeat iusta votum, dñus Matheus johannis citadini iudex syndicus et procurator communis Urbiveteris sicut patet de syndicatu ipsius publico instrumento scripto manu petri nichole not. Et dñs Phylippus dñi Gerardi syndicus et procurator communis Spoleti, sicut patet instrumento publico scripto manu Francisci guillelmi not. infrascripti, et dñs Bonaparte gual-

fredocci judex syndicus et procurator communis Perusii prout patet instrumento publico scripto manu bonecilli not. quilibet eorum nomine et vice sui comunis et pro suo comuni plano animo, mera et libera voluntate et de pura concordia contrahentes, fatientes, firmantes et renovantes bonam et legalem societatem, in palatio communis Perusii ordinaverunt et promiserunt et convenerunt ad invicem iuvare manutenere et defendere ipsas omnes civitates et singulas, et districtus et comunia ipsorum civitatum, bona fide, sine fraude, contra comunia et homines et universitates cum quibus haberent guer[<sup>pag.340</sup>] ram, discordiam seu seditionem aliqua occasione vel modo. Et generaliter contra omnes et singulas civitates, universitates, personas et loca, exceptata sancta et reverenda matre ecclesia romana et alma urbe, contra quas hec societas fieri non intelligatur. Item promiserunt et ordinaverunt iuvare se ad invicem ad conservandum, manutenendum ac etiam defendendum omnes terras, tenutas, iura et actiones, commoda et honores que vel quas habent vel in antea haberent in comitatu et districtu vel episcopatu ipsius vel alibi ubique, et ad ea que non haberent recuperandum, bona fide sine fraude. Item ordinaverunt et promiserunt ad invicem quod si aliqua predictarum civitatum habet vel habebit guerram aliquam ob aliquam causam, et petierit generalem exercitum ab aliis civitatibus vel altera earum, teneatur illa civitas a qua peteretur exercitus, dare generalem exercitum ad voluntatem et petitionem petentis semel in anno per xv dies omnibus suis sumptibus et expensis, ita quod in istis quindecim diebus accessus et recessus minime computentur. Item si aliqua predictarum civitatum habet vel habebit aliquam guerram aliqua de causa, alie civitates fatiant secum vivam guerram, et teneatur una civitas alteri dare taliam tam militum quam balesteriorum ad voluntatem et instantiam petentis, si ipsa civitas nollet exercitum generalem, quando peteretur exercitus ut supra dicitur dummodo predicta contra sanctam romanam ecclesiam et almam urbem non intelligantur ut superius est espressum. Et ipse civitates seu aliique earum non patient treugam, pacem, concordiam vel pactum aliquod sine aliis civitatibus, et hoc intelligatur de pace non fatienda cum aliqua civitate. Item nulla dictarum civitatum contrahat vel fatiat aliquam societatem vel credentiam seu compangiam cum aliqua alia civitate vel comunitate, nec in adcomanditiam vel defensorem recipiat sine voluntate et consensu omnium aliarum civitatum (<sup>2</sup>). Item [<sup>pag.341</sup>] si aliqua discordia oriretur inter alias predictarum civitatum aliqua occasione, que absit, alia civitas teneatur ipsam discordiam diffinire et terminare, et discordantes ad concordiam revocare; cuius diffinitio a discordantibus civitatibus observetur firmiter. Item a tempore hujus societatis in antea quilibet persona dictarum civitatum et districtus ipsarum caute contrahat et nullus pro alio exigatur, ad tollendam materiam represaliarum. Item ordinaverunt quod quilibet anno ponatur in constituto cuiuslibet civitatis predictarum civitatum, quod dicta societas firmiter observetur. Et expletis x annis dicta societas debeat renovari, et sic in perpetuum observetur, que omnia et singula supradicta et quilibet predictorum promiserunt dicti sindici et quilibet eorum, nomine sui communis inter se et alter alteri adinvicem stipulantes, tenere attendere et observare et non contrafacere vel venire aliqua vel exceptione, sub pena mille marcharum argenti boni et puri, et bonorum et rerum cuiuslibet communis ipsarum civitatum inter se et a quilibet eorum nomine et vice sui communis alteri pro suo comuni recipienti et stipulanti de comuni ipsorum sindicorum concordia sollempni stipulatione promissa et ea soluta vel non, hec omnia et singula suprascripta perpetuo rata sint et firma. Et insuper predicti sindaci ad maiorem huius rei roboris firmitatem corporaliter, tactis sacrosanctis dei evangelii, predictam societatem et omnia que superius leguntur in anima hominum predictarum civitatum quilibet pro suo comuni in hominibus sue civitatis iuraverunt attendere et perpetuo inviolabiliter observare. Actum in palatio communis Perusii ex parte superiori, presentibus dño Jacono dñi Ofreducci, dño Blancho bonusmeri, dño Guidone ugonis, Arlotutio odonis, dño Paulo angeli, Michaele johannis et dño phylippo de Turri, testibus rogatis et vocatis.

Ego Franciscus Guillelmi notarius rogatus predicta scripsi et publicavi.

(1) Memor. fogl. 48. - Vanno uniti a questo atto i mandati fatti dai Consigli delle tre città collegate ai loro sindaci (fogl. 46 Spoleto, 46 tergo Orvieto, 47 Perugia), del 25 luglio quelli delle due prime città, del 29 quello della terza. Sono tutti somiglianti, e conformi alle cose contenute in questo istruimento.

(1) In conseguenza di ciò, gli stessi sindaci incaricati di stringer la lega, ebbero altro speciale mandato. Quel di Spoleto *ad dandum et concedendum licentiam et liberam potestatem sindacis communis Perusii et Urbisveteris contrahendi,*

*fatiendi sotietatem cum civitate Viterbi et civitate tuschane seu thoschanelle vel cum altera earum prout Comuni Viterbi videbitur, et comuni Perusii cum duabus civitatibus seu terris cum quibus Comune Perusii voluerit contrahere societatem, cum illis pactis et condictionibus que ipsi sindico placebunt et videbuntur, et ad accipiendo licentiam et liberam potestatem pro Comuni Spoleti a sindico communis Urbisveteris, ut comuni Spoleti cotrahat et possit contrahere cum duabus civitatibus seu terris cum quibus ipse comune Spoleti voluerit. Et ad omnia et singula fatienda etc.* (fogl. 47). Similmente quello di Orvieto dà a Spoleto una licenza uguale, ma a condizione che la città con cui sia per far lega stet a civitate Spoleti ultra et versus Marchiam, nè la lega fosse contratta contro la Chiesa o in pregiudizio della lega fra le tre città etc. (fogl. 47). Questo mandato è del medesimo giorno in cui fu fatta la detta lega. Ve n'è un altro della stessa Orvieto onde in precedenza (27 luglio) si era data la stessa facoltà al comune di Spoleto e a quello di Perugia; ed è generico come quello di Spoleto e senza le limitazioni espresse nell'altro (f. 49).

## LXVIII.

1277. 2 Luglio

*Il Consiglio di Spoleto accoglie la domanda di Alessandrina madre e tutrice dei Signori di Orzano di sottoporsi al dominio della città* <sup>(1)</sup>.

In nomine dñi millmo CCLXXVII. Ind. quinta die secunda julii generali et spetiali consilio capitañ artium et societatum et quatuor adiuntorum de qualibet arte et societate sonu campane et voce preconia in palatio communis Spoleti more solito congregato, presentibus dño Ugolino dñi Thome de Narnia consule et exgravatore communis Spoleti, dñs Albertus de Foliano potestas Spoleti proposuit et consilium petuit inter alia que posuit, audita petitione, ibi lecta per me Guidoctum bartoli notarium dicti potestatis, quod faciunt dña Alexandrina uxor olim Alberti dñi Lonardi de Urzano tutrix filiorum suo [pag.343] rum et ipsius olim Alberti, pro ipsis pupillis, et filii olim Raynuccini pro se tenor cujus talis est. Dña Alexandrina uxor olim Alberti dñi Lonardi de Urzano tutris filiorum suorum et ipsius olim Alberti, pro ipsis pupillis, et filii olim Raynuccini pro se, intendentes esse ad obsequium communis Spoleti, dicunt se esse velle cives Spoleti et facere et tenere pacem et guerram cum omnibus sicut potestati et Comuni Spoleti placuerit, et tenere turrim et podium ipsorum ad servitium eiusdem communis, et facere exercitum et parliamentum ad voluntatem ipsius communis et mandatum, secundum possibilitatem ipsorum, unde volunt et petunt ut eis, tam pro se quam suis heredibus et etiam pro filiis olim dñi Bonacapiti et pro Hermannicto olim dñi Lonardi suo consanguineo et coniuncto, perpetua immunitate concedantur ita quod a collectis et exationibus et ab omnibus aliis gravaminibus sint immunes, et petunt quod duo molendinarii et duo laboratores possint morari in molendinis et possessionibus nobilium ipsorum sub hac conditione quod si ipsi non fuerint de Cammuro vel Orzano sint immunes ab omni obsequio, si vero fuerint de Cammuro vel Orzano non cogantur habitare in castro, sed ad alia obsequia teneantur. Item petunt quod ipsi et ipsorum bona et iura per comune Spoleti manuteneantur et ab omnibus persecutoribus defendantur, et recuperentur si qua ipsorum iura perdita sunt. Item dicunt et ipsorum intentio est quod si voluerint podium turrim et palatium vendere vel alienare, teneantur requirere potestatem et comune Spoleti trina requisitione ut emant ipsum podium turrim et palatium, et in qualibet requisitione detur terminum trium mensium ad emendum, in quos terminos si comune Spoleti neglexerit emere, ex nunc liceat ipsis nobilibus vendere predicta quando et cui voluerint. Dummodo venditio ipsa fiat in ipsos terminos comuni Spoleti pro pretio iusto et competenti sicut determinabitur per duos viros electos per comune Spoleti, et duos viros peritos per dictos nobiles. Item petunt quod per comune Spoleti detur predictis filiis Alberti et filiis Raynuccioni una domus ex domibus communis Spoleti, si potest aliqua inveniri in civitate vel burgis Spoleti. Item quod constituatur intra Cammuri et intra Urzani unum syndicum ad ratificanda omnia que fierent in predictis.

Dñs Berardus Zaronis consuluit et inter cetera alia qua dixit et consuluit, quod petitio dicte dñe et predictorum contentorum in ipsa petitione, ammictatur in totum dum tamen non expendatur de avere communis.

Reformato Consilio et facto partito per dñm Jacobum de Baisia judex potestatis predicte secundum formam statuti, [pag.344] placuit omnibus quod in predictis procedatur secundum dictum dñi Berardi ut in propositione continetur et petitione dicte dñe et predictorum omnium content. in ipsa petitione

dum tamen non expendatur de avere communis.

Coram Jacobo clanzani, Jacovino semiruni, Manentono bannitoribus communis Spoleti, Luchitto Jacobi Zachei, Thomassicto eius fratre et aliis pluribus

Actum in palatio communis Spoleti Ego Guidoctus quondam dñi blanchi de Armisis not. sacri palatii, et nunc scriba predice potestatis et comunishiis interfui, audivi, et mandato dicte potestatis, consulis et consilii, scripsi et predictam emendationem feci.

(1) Inventario, fogl. 177. - Dei vari Atti che riguardano il passaggio di Orzano sotto il dominio di Spoleto, ho preferito questo perchè ci offre un documento del modo onde talvolta venivano iniziate le sottomissioni, e ci dà alcuni particolari costituzionali anteriori di venti anni allo statuto del 1296. Si noti *Reformato consilio* che dimostra in quanto diverso significato fosse adoperato nel medioevo questo verbo da quello che ha comunemente, e come l'attuario del consiglio fosse il notaio del podestà. - Nello stesso giorno in cui fece questa deliberazione il Consiglio elesse il sindaco (fogl. 177) che stipulò con donna Alessandrina il contratto (fogl. 178) in modo conforme alla riformazione qui data in luce. Somiglianti contratti fece lo stesso sindaco con altri che avevano o un condominio o alcuna ragione in que' luoghi: *Contenacius dñi Berardi Abugamontis de Orzano* anche per detto suo padre, fratelli e nepoti, ed oltre gli altri ossequi, prometteva *habere et tenere ad voluntatem Comuni Spoleti arcem sive roccam et terram et domos sicut habent et tenent in territorio et districtu Urzani*. - *Bomperus stephani de Colletregie de Orzano pro se et Bulgarino et Francischio* suoi fratelli e per i suoi nepoti, che anch'egli terrebbe *ad mandatum et voluntatem* dello stesso Comune *arcem de Colletregie, palatium et turrim sicut habet in territorio et districtu Orzani* (fogl. 178, 179). Del resto stipulavano con gli stessi patti che costituiscono il contratto di Alessandrina, nel quale Contenacio e Bompero compariscono fra i tre testimoni. - Al foglio 179 poi si legge anche la vendita del castello al Comune, fatta il 2 di aprile 1283. dalla stessa Alessandrina con lo stesso titolo di tutrice dei figli suoi e del fu messer Alberto di Orzano, con altri congiunti e interessati *vendiderunt, tradiderunt etc. dño Manenti Albrici syndico communis Spoleti ... totum castellare et podium Orzani cum turri existenti in ipso podio et castellari, reservato palatio dicte domine et dicto francisco... pro qua vendictione confitentur se recepisse ab ipso syndico, dante pro ipso comuni, Milleducentum libras denariorum cortonensium, etc.*

## LXIX.

1281, 31 Ottobre

*I Sellanesi rinnovano e confermano l'antica giurisdizione di Spoleto sul loro castello* <sup>(1)</sup>.

In nomine dñi am. Anno dñi MCCLXXXI. tpr. domini Martini pp. quarti. Ind. nona et die ultima octubr. Raynucius Petri qui alias dicitur Bressanus syndicus et procurator communis Sellani et hominum dicti castri qui remanserunt ad habitandum et remanere voluerunt et volunt habitare in ipso castro Sellani et omnes qui erunt habitatores dicti castri et communales et ejusdem districtus de cuius syndacatu et procuratione constat per instrumentum scriptum per me Felitianum Berardi de dicto castro notarium sub anno dñi Millmo ducentesimo octuagesimo primo, tempore dñi Martini pp. quarti. Indictione nona die quinta exeunte mense octubr. ex sponte syndicatorio nomine et procuratorio nomine predictorum universitatis et castri et omnium qui erunt habitatores et communales dicti castri renovat et confirmat comuni Spoleti et Thome curtusuni syndico cois Spoleti recipienti et stipulanti pro ipso comuni Spoleti, antiquam jurisdictionem quam comune Spoleti hactenus habuit, et habere debuit et debet in ipso castro et hominibus et universitate dicti castri Sellani et renovando et confirmingo dictam antiquam jurisdictionem communis Spoleti dicto comuni Spoleti promixit, et convenit [pag.345] syndicatorio et procuratorio nomine predictorum predicto Thome Curtusuni syndico communis Spoleti, recipienti et stipulanti nomine et vice communis Spoleti, quod dictum castrum et universitas et homines ipsius castri et universitatis et eorum successores et omnes qui erunt habitatores seu communales dicti castri et ejus districtus in perpetuum stabunt et permanebunt perpetuo sub jurisdictione, dominio et imperio communis Spoleti, et ipsum castrum tenere et defendere pro utilitate ipsorum et pro honore et bono statu communis Spoleti. Item dictus Raynucius syndicus et procurator, syndicario et procuratorio nomine predictorum, renovando et confirmingo dictam jurisdictionem antiquam communis Spoleti, submicit se nomine predictorum hominum et universitatis et castri et nomine omnium eorum qui erunt habitatores seu communales dicti castri et ejus districtus et ipsos homines universitatem et castrum sub jurisdictione,

dominio et imperio communis Spoleti et promixit dicto syndico communis Spoleti recipienti nomine ipsius communis Spoleti non declinare perpetuo a jurisdictione, dominio et imperio communis Spoleti. Item etc. promixit et convenit etc. recipere quolibet anno in perpetuum et tenere in potestatem et pro potestate illum quem comune Spoleti eligit, et eis dabit et assignabit ad faciendum totaliter regimen ipsorum et officium potestarie, qui potestas possit condempnare et absolvere in penis contenutis in Statuto dicti castri. Item promixit et convenit etc. dare et solvere pro suo salario dicte potestati quolibet anno in perpetuum duos solidos cortonenses pro quolibet foculari dicti castri et ejus districtus que nunc sunt et erunt in futurum, et quartam partem bannorum et foliarum de hiis que pervenerint ad manus camerarij seu ad manus communis dicti castri, seu ad manus alterius pro ipso castro et comuni. Item promixit et convenit etc. quolibet anno in perpetuum dare et solvere comuni Spoleti, seu Camerario communis Spoleti, recipienti pro ipso comuni Spoleti, pro quolibet foculari dicti castri et ejus districtus que nunc sunt et erunt in futurum, de mense septembribus solvere viginti sex ravenianos. Item promixit et convenit appor-tare et deferre seu apportari et deferri facere quolibet anno in perpetuum ad civitatem Spoleti, in vigilia beate Marie de augusto, unum cereum cere duodecim libr. cere, et ipsum cereum dare et assignare potestati seu camerario communis Spoleti, pro ipso comuni Spoleti recipienti. Item etc. promixit et convenit facere comuni Spoleti hostem et parlamentum ad mandatum et voluntatem dicti Comunis Spoleti et potestatis qui erit per tempora. Item promixit et convenit habere et retinere amicos dicti communis Spoleti pro amicis [pag.346] et inimicos dicti communis Spoleti pro inimicis et facere guerram et pacem, hostem et cavalcatam ad voluntatem et mandatum communis Spoleti et potestatis qui erit per tempora. Item promixit et convenit in perpetuum defendere toto posse eorum bona fide et sine fraude jurisdictionem, honorem, terram, districtum, et bonum statum communis Spoleti. Item etc. promixit et convenit renovare et confirmare predicta omnia ad petitionem communis Spoleti secundum tenorem hujus instrumenti per scripturam pubblicam, et per syndicum legitime ordinatum. Item etc. promixit et convenit habere judicem et notarium quolibet anno de civitate spoletana, si contingat eos velle habere judicem et notarium extra dictum castrum et ejus districtum. Et appellations eorum usque in quantitatem centum libr. lucen. tractare in curia spoletana. Item etc. nomine predictorum et pro eorum successoribus et pro omnibus qui erunt habitatores seu communales dieti castri, promixit et convenit perpetuo predicta omnia et singula observare et ad tendere, et quod ipsi contra predicta non venient, nec facient, nec fieri facient aliquo tempore aliquo modo vel ingenio vel occasione, nec contra aliquid predictorum, nec statutum, nec ordinamentum aliquo tempore facere, nec privilegium aliquod impetrare contra predicta vel aliquid predictorum. Item promixit et convenit etc. se facturum et curaturum quod eorum successores et omnes qui erunt habitatores seu communales dicti castri et ejus districtus predicta omnia et singula observa-bunt et rata habebunt et contra ea non venient aliquo modo vel ingenio, et insuper dictus Raynuccius denuntiavit exceptioni doli et metus, conditioni indebiti et sine causa et exceptioni non facere renovationis et confirmationis et promisionis et generaliter omni legum et juris auxilio presenti et futuro. Item etc. promixit et convenit penam mille marcarum argenti pro predictis omnis et singulis adtententis et observandis et promixit omnia et singula observare et ad tendere sub dicta pena in capitulo quolibet commictenda etc. Item obligavit omnia bona dicti communis et castri et hominum et omnium qui erunt habitatores seu communales dicti castri et ejus districtus pro predictis omnibus adtententis et observandis. Item etc. juravit ad sancta dei evangelia corporaliter tacto libro, in anima ipsorum et in anima omnium hominum dicti castri et omnium successorum eorum et omnium qui erunt habitatores seu communales dicti castri, predicta omnia et singula adtendere et observare, et contra non venire in perpetuum sub dicta pena, qua pena soluta vel non, predicta omnia et singula firma permaneant et sub obbligatione bonorum ipsorum et dicti comu [pag.347] nis Sellani. Unde et pro quibus dictus Thomas curtusuni syndicus et procurator communis Spoleti, de cuius sindacatu et procuratione constat per cartam scriptam per Thomam dñi Jacobi Zachei not. sub ann. dñi millmo ducentesimo octuagesimo primo, tempore dñi Martini pp. quarti, Ind. nona, et die vicesimo nono octubr. sponte sindicatorio nomine ipsius communis Spoleti promixit et convenit dicto Raynucio sindico et procuratore predictorum syndicatorio et procuratorio nomine ipsius universitatis et castri etc. recipienti et stipulanti quod comune Spoleti defendet eos et omnes qui habitabunt in dicto castro et ejus districtus et manutenebit, defendet et adiuvabit toto

posse communis Spoleti bonafide et sine fraude, et quod ipsos augmentabit, accrescit et non diminuet, et quod bona et jura ipsorum et castrum Sellani predictum cum palatio ipsius communis Sellani quod est in ipso castro manutenebit et defendet et conservabit bona fide sine fraude, toto posse communis Spoleti ab omni persona et universitate. Item promixit et convenit etc. quod omnes homines volentes seu qui volent habitare in dicto castro Sellani, seu esse communales dicti castri quod possit libere habitare in dicto castro Sellani, et esse sub jurisdictione communis Spoleti sicut alii homines et communales dicti castri Sellani. Item promixit et convenit etc. quod comune Spoleti contra predicta non veniet nec faciet nec fieri faciet aliquo modo vel ingenio vel occasione nec contra aliquid predictorum. Nec Statutum nec ordinamentum faciet aliquo tempore contra predicta vel aliquid predictorum. Et insuper dictus Syndicus communis Spoleti sindicario nomine ipsius renuntiavit exceptioni doli metus et conditioni indebiti et sine causa, et exceptioni non facte promissionis et obligationis et generaliter omni legum auxilio presenti et futuro. Item promixit et convenit dicto Raynucio, recipienti et stipulanti procuratorio et sindicario nomine predictorum, penam mille marcarum argenti in quolibet capitulo commictenda predictorum, predictis omnibus et singulis actendendis et observandis, et predicta omnia et singula adtendere et observare sub dicta pena. Item dictus Thomas syndicus communis Spoleti obligavit dicto Rainutio, sindicario et procuratorio nomine predictorum recipienti et stipulanti, omnia bona communis Spoleti pro predictis omnibus et singulis adtendendis et observandis. Item dictus Syndicus communis Spoleti, sindicario nomine ipsius communis Spoleti, iuravit ad sancta dei evangelia corporaliter tacto libro, in anima dictis communis Spoleti pro dicta omnia et singula adtendere et observare, et contra in aliquo non venire, et dicta pena soluta vel non, hec omnia et singula firma permaneant. [pag.348]

Actum in palatio communis Spoleti, presentibus dño Matheo dñi abbadinghi, dño Egidio dñi gilberti, dño Simone dñi rogerii, dño Philippo dñi baractalis, dño Raynaldo dñe adelaxie, dño Marino Zacharie, dño Berardo berardi zaronis, dño benadacto dñi thebaldi, dño paulo Andree jud. dño Jhoe dñi phylippi johis, Marcono dñe marie, Blaxonio bartholi gructurani, magistro Bartholo dñi clementis, Paulo blaxij thome raynaldi, Jacobicto angeli martini et Zengo andree testibus ad hec vocatis et rogatis.

Ego Felitianus berardi de castro Sellani auctoritate imperiali notarius hiis omnibus interfui, et ut supra legitur rogatus a predictis syndicis, predicta omnia scripsi et publicavi, et proprium singnum apposui.

(1) Invent. fogl. 173. Della signoria di Spoleto sopra Sellano si fa menzione nei Doc. n. 37, 39 e 42.

## LXX.

1284, 26 Agosto

*Mandato degli nomini di Acquafranca per sottoporsi a Spoleto, e donargli il poggio su cui si obbligavano a edificare un castello e ad abitarvi<sup>(1)</sup>.*

In nomine dñi Am. Año dñi MCCLXXXIIII. Ind. XII tempore dñi Martini pape IIII. et die quinto exeunte mense augusti, Bosus baroni, Gratia benvenuti, Ranuccionus nicole, Moriconus rubei, Juntura leti, Nicola bonagure, Raynaldus aicone, Andriolus bonavolie, et Venturella ufreducii pro eis et eorum heredibus et successoribus in perpetuum et nomine et vice filiorum Paganelli seu Scagni et Morici, et filiorum agurecte, seu Benedicturi et crisuri, et pro eorum heredibus et successoribus in perpetuum, pro quibus promixerunt se facturos et curaturos quod in omnia rata et firma habebunt, et contra non venient sub pena infrascripta in perpetuum sponte fecerunt, costituerunt et ordinaverunt Boctum Acti presentem et subscipientem eorum et cuiuslibet ipsorum legitimum procuratorem actorem et nunctium spetialem ad dandum donandum et concedendum donationis titulo inter vivos Comuni Spoleti seu syndico communis Spoleti recipienti nomine et vice dicti communis podium Aquafranche totum cum iuribus et pertinentiis suis [pag.349] et cum introitibus et exitibus suis sine aliqua reservatione quod podium est in montanis prope castrum Ilicis sive castrum Juvi juxta fossatum a duobus lateribus, et aream solgi vel siqua sunt alia latera, et ad supponendum et submittendum ipsos homines et eorum heredes et successores qui

erunt in perpetuum et omnes alios qui habitabunt in dicto podio sive loco, in perpetuum sub dominio et iurisdictione communis Spoleti, et ad recipiendum ipsum podium sive locum a comuni Spoleti sive a syndico communis Spoleti, nomine eorum et nomine eorum successorum, et nomine omnium illorum qui erunt habitatores in dicto loco in perpetuum et de iurisdictione ipsorum in perpetuum pro castro et habitatione facienda in ipso loco ad honorem, servitium et mandatum communis Spoleti. Et ad promictendum facere, construere et hedificare ipsum castrum, et stare et habitare in ipso loco et castro, et de ipso loco non discedere nec dimictere sine licentia et mandato communis Spoleti; et domos et castrum reficere et custodire ad mandatum communis Spoleti, et ad promictendum recipere potestatem a comuni Spoleti quolibet anno in perpetuum prout ipsi comuni Spoleti dare placuerit, et solvere ipsi potestati salarium duorum solidorum pro quolibet foculari et quartam partem bannorum et foliarum, et cereum sicut comuni Spoleti placuerit in festo Sancte Marie de augusto et facere ostem et parlamentum et tenere amicos communis Spoleti pro amicis, et inimicos pro inimicis, et facere pacem et guerram ad mandatum et volumptatem communis Spoleti in perpetuum, et ad promictendum non recipere aliquem castellanum nec habitatorem in ipso castro qui sit de iurisdictione communis Spoleti sine licentia potestatis communis Spoleti. Et ad promittendum facere et curare quod omnes qui ibunt ad habitandum in perpetuum in ipso castro vel loco erunt sub iurisdictione et dominio communis Spoleti. Et facient et prestabunt comuni Spoleti et observabunt omnia supradicta que ipsi promixerunt pro eis facere sicut ipsi promixerunt pro eis facere sub pena infrascripta. Et ad promictendum solvere anuatim comuni Spoleti xxvi denarios pro quolibet foculari in festo S. Angeli septembbris. Et ad recipiendum promisionem nomine eorum et heredum eorum et successorum et nomine omnium illorum qui erunt habitatores dicti loci et castri, et de iurisdictione ipsorum, manuteneret, defendere et conservare ipsos et iura et bona ipsorum in bono statu, bona fide, sine fraude, et crescere et aumentare ipsos iuxta eorum possibilitatem. Et ad promittendum et recipiendum promissionem pene pro predictis omnibus et singulis observandis M. marcarum [pag.350] argenti et ad obligandum omnia bona ipsorum, et ad recipiendam obligationem bonorum communis Spoleti pro predictis omnibus et singulis observandis et ad omnia et singula faciend. et recipiend. que ipsi procuratori videbuntur et que necessaria fuerint in predictis et in quolibet predictorum sub obligatione bonorum ipsorum.

Actum est hoc in valle rigitorti coram Franciscum accatoni, Jacobitto dompni benedacti, Petro bocci et Scagno raynuccioni testibus ad hec rogatis et vocatis.

Et ego philippus venturelle auctoritate imperiali not. predicta omnia scripxi et publicavi.

(1) Invent. fogl. 188. Mem. fogl. 82.

## LXXI.

1289, 19 Luglio

*Il Consiglio di Spoleto dà a messer Ciperio il mandato per comperare Chiavano dai Signori di quel castello<sup>(1)</sup>.*

In dei nomine am. Anno dñi millesimo ducentesimo octuagesimo nono, tempore dñi Nicolai pp. quarti Ind. sec. et die martis decima nona mensis julii. Hoc quidem tempore Consilio maiori seu generali et spitali, consulibus militum, capitaneis artium et societatum, et quatuor adjunctis de qualibet arte et societate et decem hominibus de qualibet vaita, et centum bonis hominibus adjunctis ad consiliun, ad vocem preconum et sonum campane more solito congregatis de mandato dñi Comacii de Gallutiis potestatis civitatis Spoleti et dñi Stefani de Narnia capitanei dicti communis Spoleti, in quo quidem consilio dictus dñs Comacius potestas et dictus dñs Stefanus de Narnia capitaneus dicte civitatis cum dicto consilio, et ipsum concilium, cum dictis dominis potestate et capitaneo, sponte nomine ipsorum et nomine et vice dicti communis Spoleti, et pro ipso comuni fecerunt, constituerunt, creaverunt et ordinaverunt dñm Ciperium petri [pag.351] presentem et subscipientem eorum et dicti

comunis verum et legitimum syndicum, procuratorem et actorem et nuntium spetiale ad emendum et accipiendo a dño Abrunamonte et a dño Nicolao filiis olim herrici dñi Rogerii de Clovano et a quolibet eorum castrum et montem Clovani cum vassallis, montibus, silvis, pascuis jurisdictionibus que ipsi habent in masis, et bonis ipsorum vassallorum et cuiuslibet eorum, et cum aliis juribus et pertinensiis ipsius castri exceptis demanio et dompnetalgiis ipsorum, pro pretio septem milium lbr. raveniatum, et ad ipsum pretium dandum et solvendum, et ad dictum pretium promictendum, et ad obligandum bona dicti communis pro predictis observandis, et ad recipiendum promixionem et cautelam ab eis pro defensionem dictarum rerum, et ad promittendum et recipiendum seu stipulandum penam pro predictis omnibus et singulis adtendendis et observandis tam ab ipsis dominis quam ab ipso syndico et ad recipiendas fideiussiones et obligationes a dictis fideiussoribus pro omnibus et singulis observandis et adtendendis que instrumentis venditionis continebuntur, et ad faciendum seu fieri faciendum instrumentum seu instrumenta de predictis. Et generaliter et spetialiter ad omnia alia et singula facienda et libere exercenda que in predictis et pro predictis et circa predicta fiunt oportuna, promittentes ratum et firmum habere quicquid dictus syndicus de predictis et quolibet predictorum duxit faciendum sub obligatione bonorum dicti communis, que omnia ita scribi rogatus. Actum Spoleti in palatio dicti communis Spoleti, presentibus testibus dño Raynaldo dñi manentis, dño Beraldo dñi Simonis, dño Jacopo dñi Leonardi, dñs Egidius dñi lonardi, dñs Simon dñi albrici, Jacobus raynerii dñi corradi, Jacobinus marci manentis, Paulus dñi Johannis alberti, Transaricus thomassilli, Philippo michelucij, Andreicto trasmundoni, et Petrucio trasmundonii henrici cum pluribus aliis ad hoc vocatis et rogatis <sup>(2)</sup>,

Ego Jacobus not. hiis omnibus interfui, rogatus hec omnia scripsi et pubblicavi.

(1) Invent. fogl. 164. Nell'archivio del Comune si conserva una copia autentica della compra e vendita stipulata il 21 luglio, a cui si riferisce questo mandato, che io ho pubblicato a preferenza del contratto reso straordinariamente lungo dai nomi dei vassalli venduti col dominio, e dalle prolissità delle clausole. Il contratto è anche stato trascritto nell'inventario (fogl. 164, tergo) ed è seguito dalla ratifica di Nicolò, che non era presente alla prima stipulazione (166).

(2) I nominativi che qui si veggono mescolarsi agli ablativi non si credano errori di stampa, ma dell'originale; di siffatti solecismi non sono rari gli esempi nelle carte de' vecchi notai.

[pag.352]

LXXII.

1291, 13 Aprile

*I Signori d'Arrone donano al Comune di Spoleto lo scoppio e il poggio di quel castello (1).*

In dei nomine amen, Anno ipsius a Nativitate MCCXCI. Indic. quarta dño Nicolao papa residente, imperatore vacante die veneris XIII mensis aprilis intrantis. Presentibus religiosis et honestis viris fratre Joanne de ordine minorum inquisitore heretice pravitatis, fratre Andrea de Fulgineo eiusdem ordinis, fratre Angelo Joannuccii de Spoleto de ordine predicatorum, fratre Nicola thomei de eodem loco, et eiusdem ordinis, dño Oderisio olim dñi bartholicti, dño Egidio olim dñi ghilberti, dño Jacopo olim dño leonardi, dño Paulo filio gualterij de Spoleto predicto, Berardono dñi Joannis de Labro, Pandolfo herrici de roca accharini, magistro Berallo cambij, et Thomasso gregorij de monte franco comitatus Spoleti predicti, Testibus ad hec habitis, vocatis, et rogatis, et pluribus alijs.

Omnibus evidenter pateat inspecturis, quod dñs Arronus olim dñi thomassi, dñs Andreas olim dñi andree, Arronus, [pag.353] et Francischittus fratres filij olim dñi Teste, Thomassus et Massiolus fratres et filij dñi Anselmi, Octavianucus olim dñi Thomassi pro se, Martino, Jacobucio, et Fucio fratribus suis, et filiis olim dicti dñi Thomassi, pro quibus promixit se facturum, et curaturum sic et taliter quod predicti tres fratres sui, omnia et singula infascripta perpetuo habebunt rata et firma, et contra non venient per se vel per alium de iure, vel de facto, et cum pervenerint ad legitimam etatem quatuordecim annorum, omnia et singula intrascripta ratificabunt, et confirmabunt, et facient similem donationem,

dationem, et concessionem de infrascriptis rebus, curam, et cautelam syndico communis Spoleti cum iuramento, ita quod de iure bene valebit, et tenebit sub pena infrascripta et obligatione bonorum suorum, et Anselmictus olim Transarici pro se, et Actavianucio (2) fratre suo, et filio quondam Transarici predicti, pro quo promixit se facturum, et curaturum sic et taliter, quod dñs Octavianucius frater suus omnia, et singula infrascripta ratificabit, et confirmabit, et faciet similem donationem, dationem, et concessionem de infrascriptis rebus, curam, et cautelam syndico communis Spoleti predicti cum iuramento, ita quod de iure bene valebit, et tenebit sub infrascripta pena, et obligatione bonorum suorum. Scilicet dictus dñs Arronus dñi Thomassi, et predicti Arronittus, et Francischittus olim dñi Teste pro sexta parte; et predictus dñs Andreas olim dñi Andree, et Actavianucius olim dñi Thomassi pro se, et dictis fratribus suis, pro quibus promixit ut supra pro alia sexta parte; et predicti Thomassus, et Massiolus dñi Anselmi, et Anselmittus olim dñi Transarici dñi Anselmi pro se et Actavianucio fratre suo, pro quo promixit ut supra pro quarta parte. Omnes, et singuli domini, et nobiles de Arrono per se, et eorum heredes sponte ex certa scientia, et consulte, titulo donationis inter vivos, quam eis, et eorum cuilibet nullo tempore liceat revocare occasione ingratitudinis, nec qualibet alia; donaverunt, dederunt, tradiderunt, et concesserunt dño Johanni olim dñi jañis de Spoleto sindico communis Spoleti predicti, de cuius sindicatu apparent instrumentum scriptum per Simonem johis notarium de Spoleto predicto, recipienti vice, et nomine dicti communis Spoleti, totum scloppum, podium, seu podiolare castri Arroni a palatijs, et muris exterioribus palatiorum dicti castri intus, et a muris exterioribus palatiorum filiorum dicti [pag.354] dñi. Anselmi versus pennam, extra usque dictam pennam, et totam ipsam pennam cum omnibus domibus, palatijs, plateis, casalenis, et viis, et omnibus aliis a dictis muris exterioribus palatiorum dicti castri, et a dicta penna intus.

Quod schloppum, podium, sive podiolare positum est in diocesi Spoletana iuxta burgos ipsius castri sive scloppi, podij sive podiolaris, et alia latera, si qua sunt plura, vel veriora ad habendum, tenendum possidendum, usufructuandum, et omnia et singula faciendum, que ipsimet, vel aliquis ipsorum facere posset, concedentes et mandantes predicto syndico stipulanti et recipienti, pro dicti comuni ut supra dictum est omnia et singula eorum, et cuiuslibet eorum, jura, actiones, petitiones, usus, et requisitiones, causas, et nomina utilia, directa, realia, media, sive mixta, et omnia alia, que et quas predicti donatores, vel aliquis eorum, seu alij quicumque pro eis, vel aliquo eorum habebant, habuerunt et deinceps habere possent, et spectabant, ac videbantur habere in ipso schloppo, podio seu podiolare castri Arroni, domibus, palatijs, plateis, viis, casalenis, et ortis et alijs quibuscumque possessionibus positis infra dictos confines, et cum introitibus, et exitibus suis liberis et absolutis, et omnibus sibi pertinentibus sine aliqua reservatione, vel eorum, seu alicuius eorum occasione adversus quamcumque vel quascumque personas, et locum, nihil sibi reservantes, nec retinentes in dicto, vel pro dicto scloppo, podio, seu podiolaris, et predictis aliis rebus donatis, promittentes, et obligantes se, et bona ipsorum, heredes, et successores ipsorum pro fraude, colludio, molestia, falsificatione, et legitima defensione ab omni persona, comuni, et universitate; et quod ius suum nemini concesserunt, sed predicta omnia legitime defendere, auctorizare, et disbrigare in iudicio et extra, suis omnibus sumptibus, et expensis statim lite mota et postea et in omni modo, et causa agendi, et defendendi, et quicquid de lite contingat, et judicium pro dicto comune in se suscipere in principio cuiusque litis, et questionis, que ipsi syndico, seu dicto comuni Spoleti moveretur a quacumque persona, vel universitate, de dictis rebus donatis, et ipsarum qualibet, vel etiam occasione ipsarum, renunciantes exceptioni non facte donationis, dationis, traditionis, et concessionis, condictioni indebiti, sine causa, et ex iniusta causa, doli, metus et in factum beneficio legis, que concedit revocationem donationis ab ingratis donatariis remittendo ex nunc omnem ingratitudinem, et offensam; renunciantes, etiam beneficio legis, que dicit et vult donationem immensam sine insinuatione non valere, volentes quod tot sint donationes, quot [pag.355] sunt vel esse possunt res, vel summe et estimationes ipsarum, in quibus valet, vel valere potest donatio sine insinuatione; renunciantes etiam omni juris canonici et civilis auxilio, per quod presens contractus in aliquo posset minui, vel infringi.

Que omnia et singula supradicta, et infrascripta promiserunt et convenerunt predicti nobiles, et quilibet ipsorum predicto syndico recipienti vice, et nomine dicti communis Spoleti, per se et suos heredes, et successores, attendere et observare, curare, et facere observari, et contra in aliquo non facere vel

venire per se, vel alium, de iure, vel de fatto sub pena decem millium marcharum argenti, et obligatione bonorum suorum, et cuiuslibet eorum. Que bona constituerunt se nomine dicti communis, et pro ipso comuni possidere donec ipse syndicus, vel dictum comune corporalem acceperit possessionem; qua adveniente conditione intrandi, apprehendendi, tenendi, utendi, fruendi, et vendendi auctoritate propria licentiam, et liberam potestatem dederunt donec de omnibus supradictis fuerit ut supra integre satisfactum, que pena toties committatur, et exigi possit, et in quolibet capitulo, quoties contra predicta, vel aliquod predictorum factum, vel ventum fuerit per ipsos, vel aliquem eorum, qua pena commissa, soluta vel non, presens contractus, et omnia et singula, que continentur in eo nichilominus in sua permaneant firmitate.

Et insuper supradicti Martinus, Jacobucius, et Fucius fratres, filij olim dñi Thomassi, et Actavianucius olim Transarici, omnes et singuli iuraverunt ad sancta dei evangelia corporaliter tacto libro, predicta omnia et singula integraliter perpetuo rata, et firma habere, tenere et observare, plenarie confiteri, et non negare, et contra in aliquo predictorum non facere, vel venire per se, vel alium occasione minoris etatis, vel qualibet alia occasione.

Actum in diocesi spoletana apud Arronum in burgo castri Arroni predicti ante domum aguricti filij olim Guastapanis de dicto loco, presentibus testibus supradictis et pluribus alijs.

Et ego Carolus olim magistri Ghezzi de Foiano comitatus Aretij, imperiali auctoritate judex ordinarius, atque notarius, et nunc scriba, et officialis nobilis, et potentis viri dñi Federici de Testis honorabilis potestatis civitatis Spoleti, et eius districtus, ac etiam officialis communis dicte civitatis supradictis omnibus interfui, et ea omnia, ut supra legitur, de volumptate dictarum partium scripsi, et publicavi rogatus.

(1) Questa donazioni (Inv. fogl. 42) seguiva un atto del giorno innanzi, onde alcuni dei donanti (Arrone, Andrea e Arronetto) in ecclesia sancte Marie de Arrone, in presentia dñi Frederici de' Testis de Aretio pot. civitatis Spoleti et in presentia totius maioris consilii dicte civitatis, in ecclesia prelibata voce preconia adunati etc. avevano offerto e fatta la cessione al comune di Spoleto, de omnia et singula iura et bona que ipsi vel aliquis eorum habent vel habuerunt in castro Arroni etc. (Inv. f. 39). Questo consiglio spoletino adunato in Arrone, l'abuerunt, se non è per un andazzo notarile, possono far sospettare qualche fatto straordinario, ma non essendovene alcun altro cenno nella storia, indicai i contratti, senza darmi in balia ad immaginose induzioni. - Il di 16 dello mese *Odo et Corradus filii quondam nobilis viri Raynaldi dñi gentilis de dominibus de Arrone, et Berardus filius olim Ottaviani dñi Berardi Anselmi de dictis dominis de Arrono, pro se et pro Nino fratre suo*, donarono anch'essi la loro parte dello scoppio e castello d'Arrone e delle case, palazzi e casalini etc. reservatis predictis donatoribus domis existentibus extra muros palatiorum dicti castri, tam eorum et dicti Nini propriis quam vaxallorum, dantes et concedentes (comuni Spoleti) omnia iura, omnesque actiones, que et quas ipsi habent et ipsis competunt etc. in dictis et pro dictis rebus et bonis donatis etc. (Inv. f. 39). Il sei di luglio poi, con due diversi instrumenti, il comune comperò diritti di passo, e proventi di pedaggi, ed altre case e palazzi (fogl. 40, 41).

(1) Actaviunucius è il medesimo che Octavianucius mal pronunciato. Anche in altri luoghi s'incontrano di siffatte storpiature, che il lettore non sarà corrivo a giudicare errori di stampa.

[pag.356]

LXXIII.

1293, 13 Novembre

*Il Clero Spoletino dichiara utile la permuta della signoria della Morcicchia con alcune possessioni, proposta al Vescovo dal Comune<sup>(1)</sup>.*

In nomine dñi am. Anno dñi millesimo ducentesimo nonagesimo tertio, Ecclesia romana pastore vacante per mortem sacratissimi patris dñi Nicolai pape quarti. Ind. sexta, die XIII mensis novembris, presentibus me notaro et testibus infrascriptis, venerabilis pater dñs Gerardus dei gratia episcopus spoletanus commixit et mandavit sapienti et discreto viro dño Raynaldo de Spello vicario suo quod Spoletum corporaliter se conferret, ibique a priore et capitulo maioris ecclesie spoletane exquireret et examinaret an ipsi crederent et extimarent fore utile episcopo et episcopatu spoletano permutare castrum Morcicle et homines et vassallos et terras et possessiones ipsius castri cum pertinensis suis et iurisdictione temporali quam ibi habet episcopus spoletanus, et titulo permutationis accipere pro predictis, terras et

possessiones valentes duomilia lbr. corton. Actum apud plebem S. Fortunati de Montefalco presentibus dño Raynallo bartholutij de Spello, magister Jacobo siluri de Anagni notario, dopno Bondono et Falculo de Montefalco, et Gerardo de Paliano testibus.

Eodem die eodem mens. et indict. providus et discretus vir dñs Thomas prior spoletanus commixit et mandavit Angelicto Francesconis familiari ecclesie Spoletane quod requireret et citaret canonicos dictae ecclesie quod venirent statim ad cameram episcopatus positam iuxta portam claustris ipsius episcopatus ad capitulum. Qui Angelittus statim retulit se [pag.357] citasse dñm Marcum priorem ecclesie sancti Petri foris portam spoletanam, dopñum Bartholom, dñm Jacobinum, dñm Berardum, dñm Masseum et dñm Simonem dñi Gerardi canonicos maioris ecclesie spoletane ut venirent ad capitulum. Actum Spoleti presentibus magistro Angelo de Marturellis notaro, et Nicolao dicto piccaluva testibus.

Eodem die et Ind. cum dñs Raynaldus vicarius dicti dñi Episcopi iuxta mandatum et commixionem sibi factam per dñm Episcopum spoletanum, corporaliter accessisset Spoletum ad exquirendum a priore et capitulo ecclesie spoletane de permutatione facienda cum comune Spoleti de castro Morcicle, prout in ipso mandato et commixione plenius continetur, idem vicarius vocari et congregari fecit priorem et capitulum, ibique priore et capitulo more solito congregatis, recepto ab eis sacramento corporaliter tacto libro, dicti prior et canonici interrogati ab ipso vicario si credebant, extimabant esse utile episcopo et episcopatui spoletano permutare castrum Morcicle et homines terras, possessiones et bona ipsius castri cum pertinentiis suis et iurisdictione temporali quam ibi habet episcopus spoletanus, cum comune Spoleti pro terris et possessionibus valentibus duomilia libr. corton. mandatoque eis per dictum vicarium sub virtute prestiti iuramenti quod debeant dicere veritatem. Qui prior et canonici predicti, videlicet ipsorum quilibet respondit et dixit quod ipsam permutationem credebant esse utilem episcopo et episcopatui spoletano. Actum Spoleti in quadam domo ipsius episcopatus, posita iuxta portam claustris episcopatus, presentibus Jacobicto prebendato ecclesie spoletane, Angelo francesconis familiare dictae ecclesie spoletane, Nicolao dicto piccaluva, Percivallo johannis, magistro Angelo de Marturellis notario, et Bobillono familiari dicti dñi episcopi testibus.

Et ego Gerardus dictus novellus de Vico, apostolica auctoritate notarius, omnibus et singulis supradictis interfui, rogatus scripsi et in publicam formam redegi.

(1) Invent. fol. 104. - È registrato da una copia autentica fatta l'anno 1294 dal not. Pietro di Paolo, per comando del podestà di Spoleto Andrea di Malanotte. Segue a tergo dello stesso foglio il mandato che i detti priori e canonici dettero a *dopno Paulo befanonis* per prestare a nome loro e del Capitolo il consenso alla permuta. Fra gli altri deliberanti si vede *Jacobinum* che sembra quello nominato nel doc. pubblicato, col titolo di *prior Sancti Gregori Maioris*. La permuta fa fatta, talchè nello stesso foglio si legge il possesso che *Angelictus Jacobini petri partis eri sindicus communis Spoleti* prese del castello: *Castri et castellaris et cassari Muricicle* con tutte le terre possessioni e beni etc. del medesimo (ivi).

[pag.358]

LXXIV.

1294, 2 Giugno

*Bonifazio VIII fa delle concessioni agli Spoletini intorno alla elezione del podestà e degli altri ufficiali* (1).

Bonifatius Epus Servus Servorum Dei, dilectis filiis populo et comuni civitatis nostre spoletane salutem et apostolicam benditionem. Sincere devotionis affectus quem ad Nos et Romanam geritis Ecclesiam merito promeretur ut vos spetialibus favoribus et gratiis prosequamur. Vestris igitur in hac parte supplicationibus inclinati, vobis presentium tenore concedimus ut de sex mensibus in sex menses possitis nominare seu eligere tres probos viros nobiles et Romane Ecclesie fideles atque devotos, quorum unus assumi debeat in potestatem civitatis nostre spoletane. Et que quidem nominatio seu electio nobis vel successori nostro Romano Pontifici, seu Rectori provincie ducatus spoletani qui pro tempore fuerint per vos debeat presentari, et ex quibus quidem tribus viris unus per nos vel successorem aut

Rectorem predictos infra unius mensis spatium, a die presentationis huiusmodi computandum, in potestatem dicte civitatis assumi et deputari debeat cum familia et salario per vos ordinatis seu etiam ordinandis. Et qui quidem potestas in dicta civitate et ejus districtu habeat merum et mistum imperium, ac plenam jurisdictionem in temporalibus et de quibusvis causis cognoscere, ac in eis procedere et judicare secundum ordinationes ac statuta dicte civitatis jam edita et in posterum edenda legitime teneatur. Et si forte ex negligentia vel alia quavis causa infra dicti mensis spatium, post presentationem hujusmodi per vos ut premictitur faciendam, continget nos vel successorem aut rectorem predictos unum ex tribus viris predictis, per vos nominandis seu eligendis, non assumi nec ut premictitur in potestatem dicte civitatis deputari, elapso dicto mense, pro ea vice, ille ex dictis tribus viris quem vos volueritis per illud semestre tempus sit et esse censeatur verus potestas civitatis predicte. Ceterum quia sicut exhibita nobis vestra petitio continebat in dicta civitate antiquitus esse consueverat unus judex appellationum qui capitaneus vocabatur, ad quem cives et incole ac habitatores civitatis ac districtus predictorum a [pag.359] potestate et aliis officialibus civitatis ejusdem appellare ac ab arbitris et arbitratoribus recursum habere poterant. Nos vestris devotis precibus favorabiliter annuentes, volumus quod in civitate predicta sit unus judex appellationum, qui capitaneus noncupetur, et ad quem cives et incole ac habitatores predicti a quibuscumque gravaminibus eis per potestatem vel alias officiales dicte civitatis inferendis, et ab ipsorum sententiis appellare ac ab arbitris et arbitratoribus et eorum arbitriis, seu sententiis recursum habere possint. Qui quidem iudex secundum formam de potestate predicte civitatis superius annotatam per vos nominari seu eligi, et per nos vel successorem aut rectorem predictos debeat ad huiusmodi officium assumi etiam deputari, etiam cum familia et salario per vos ordinandis. Et insuper vobis presentium tenore concedimus quod nullus de civitate vel districtu predictis in primis causis civilibus vel criminalibus extra curiam predictam potestatis trahi possit seu etiam conveniri. Quodque ceteri officiales predicte civitatis contentiosam jurisdictionem nequaquam habentes per vos seu consilium civitatis ejusdem aut per vestros seu dicti consilii commissarios ad hoc deputandos, elegi et assumi possint et debeat ad tempus de quo vobis videbitur, et cum salariis per vos ordinandis seu etiam declarandis, dum tamen sint persone fideles, ac nobis et Romane Ecclesie non suspecte. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis et voluntatis infringere vel ei sensu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum. Datum Rome apud Sanctum Petrum III noñ Junii, pontificatus nostri anno primo.

(1) Inv. fogl. 229.

## LXXV.

1297, 7 Maggio

*Lettera di Roberto duca di Calabria intorno ad un sussidio promesso dal Comune di Spoleto per l'armata (¹).*

Robertus Primogenitus Illustris Jerusalem et Sicilie Regis, Dux Calabrie ac eius in regno Sicilie Vicarius Generalis Nobilibus ac Discretis Viris Potestati, Capitaneo, Consilio et [pag.360] Comuni Civitatis Spoleti Carissimis Amicis paternis ac suis salutem et sincere dilectionis affectum. Predicto dño patri nostro et nobis firma semper a pristinis fiducia extitit spes secura quod vos tanquam quibus ipse et nos spetialis amicitie dilectione coniungimur, ad omnia que accomoda sint et grata ei, nobisque libenter accurritis et adestis, quod quidem et olim laudabili opere patuit, et nunc etiam satis claret cum, prout accepimus, ad requisitionem factam vobis nunc proximo de succursu prestando in subsidium presentis armate, que inminet contra hostes, vos promptos dederitis et etiam liberales, de quo vobis dignas gratias agimus et ad prosecutiones et gratias si quando causa subsit vices nostre promptitudinis presentibus pollicimur. Set ecce scire vos volumus quod preparatoria omnia eiusdem armate presta et in effectu debito jam existunt, propter quod sinceritatem vestram actente requirimus et affectuose rogamus ut

promissam per vos ad predictam pecuniam discreto viro Judici Benvenuto de Adria, quem ad hoc spetialiter destinamus sicut liberaliter promisistis, sic cito vellitis et placide nostro nomine exhibere ut quemadmodum vobis ex prompta oblatione astringimur, sic de exhibitione placida strictius obligamur. Concedimus enim dicto Judici Benvenuto plenam potestatem quod de solutione dicte pecunie vobis scriptum competens ad cautelam sicut autem per nuntios ad hoc hactenus destinatos accepimus florenos auri trecentos indictum exhibitione subsidium liberaliter obtulistis; ad illa preterea que dictus Judex Benvenuto vobis circa promissa ex nostra parte retulerit, fidem precamur credulam adhibite. Data Neapoli die VII. maij x Indictione.

(1) Da un quaderno in pergamena, frammento di un libro in folio dell'Archiv. Comunale di Spoleto. La lettera è preceduta nella stessa pagina da un'altra del medesimo duca e dello stesso giorno 7 Maggio, indirizzata *judici Benvenuto da Andria* con la commissione di recarsi senza indugio a Spoleto, Asisi e Rieti, a riscuotere in suo nome il sussidio promesso dalle dette città per l'armata. Io riportai per incidenza questo particolare nella storia sotto la data delle lettere, ma l'strumento di quetanza fu fatto il cinque giugno. Usai la voce generica di esercito, ma ivi si legge *armata* e si deve intendere propriamente l'esercito di mare, la flotta.

Il notaio che trascrisse le lettere così descrive il suggello che le medesime portavano. *Sigillo pendenti cere rubee in quo erat scruta ex parte anteriori quedam inmago cuiusdam regis coronati tenentis in manu destra quoddam lilium, in manu vero sinistra unam pallam cum quadam cruce super ipsam pallam, sedentis in quadam seda cum duobus leonibus juxta ipsum regem et sedam, unus a destris alter a sinistris. Circa quod sigillum erant scrute in scripte lictere seu: SIGILLUM VICARIE REGNI SICILIE. Ex parte vero posteriori ipsius Sigilli erat scrutum quoddam parvum sigillum cum liliis, circa quod sigillum erant scrute lictere quod non poterant bene legi.*

[pag.361]

LXXVI.

1298, 17 Luglio

*Oddo e Matteo de' Brancaleoni Signori di Luco si sottomettono a Spoleto* (¹).

In nomine dñi Am. Ann. dñi millemo ducentesimo nonagessimo octavo tempore dñi Bonifatii pp. octavi. Ind. undecima et die septimo decimo mensis Julii, hoc quidem tempore Ego Oddo quondam dñi Oddonis de Brancaleonis de luco civis et comitatensis civitatis Spoleti, sponte, mea propria bona et spontanea voluntate et pro me et Mattheo fratre meo, pro quo promitto et convenio me sic facturum et curaturum quod omnia et singula subscripta et inscripta in quolibet capitulo et in toto rata et firma habebit, et tenebit, et ea ratificabit et confirmabit ad petitionem et voluntatem communis Spoleti, et de hiis faciet instrumentum ad sensum sapientis dicti communis et contra per se vel alium sive alios non veniet aliqua occasione, ratione, ingenio, modo vel causa, de iure, nec de facto, sub obligatione omnium meorum bonorum presentium et futurorum sub infrascripta pena committenda et exigenda in quolibet capitulo ut inferius continetur et nostris heredibus et successoribus universalibus, spetialibus et singularibus sollempni stipulatione promitto et convenio tibi Angelico nicole [pag.362] pañarii de Spoleto syndico et procuratori communis Spoleti, recipienti et stipulanti syndicatorio et procuratorio nomine dicti communis et pro ipso comuni Spoleti, ut de ipso syndicato apparent publicum instrumentum scriptum manu Francie gualteri de Spoleto notari, facere exercitum, parlamentum et cavalcatam per nos, nostrosque heredes fideles et vaxallos, dicto comuni Spoleti, silicet pro castro luci eius possessionibus, pertinentiis, tenimento, districtu et territorio, et territorio, pertinensiis omnibus et districtu castri montis caperni, quod, quas et que ego Oddo et dictus Matheus frater meus cum nostris consortibus habeo, habemus, et sunt in districtu et jurisdictione communis Spoleti, et confiteor et volo quod castrum luci cum omnibus pertinentiis suis atque districtu, et castrum montis caperni cum omnibus suis pertinensis atque districtu sunt et fuerunt ab antiquo de districtu et jurisdictione communis Spoleti, et dictum castrum luci, et castrum montis caperni cum omnibus juribus et pertinentiis et districtu ipsorum do, suppono et submictu sub districtu et iurisdictione communis Spoleti, et ex certa scientia recognosco et dico quod fuerunt et sunt ab antiquo de districtu, comitatu et territorio civitatis Spoleti, et aliis que ego Oddo et dictus Matheus frater meus habeo, habemus, habebo et habebimus in dicto districtu Spoleti, et promitto et

convenio per me et dicto Matheo fratre meo, nostrosque heredes, successores, vaxallos et fideles ut dictum est, tibi Angelicto syndico stipulanti et recipienti syndicario nomine dicti communis Spoleti, et pro [pag.363] ipso comuni pro dicto castro luci eius pertinentiis, territorio et districtu, et pro territorio, pertinentiis et districtu castri montis caperni, que sunt in districtu communis Spoleti, facere guerram, exercitum, cavalcatam, et parliamentum et pacem quotienscunque ad voluntatem et requisitionem predicti communis Spoleti, et tenere et habere amicos communis Spoleti pro amicis et inimicos pro inimicis, contra omnes et singulas civitates, terras, personas, comunitates et universitates, et conservare, manutene et defendere iurisdictionem, libertatem et franchitiam communis et populi civitatis Spoleti. Pro eo et ex eo quod ego dictus Angelictus syndicus, syndicario nomine dicti communis et pro ipso comuni Spoleti, promicto et convenio simili promixione et stipulatione tibi Oddoni pro te et dicto Mhatheo fratre tuo recipienti et stipulanti tanquam honorabilibus civibus, comitatensibus antiquissimis continuato tempore predecessorum vestrorum dicti communis Spoleti et vestris heredibus et successoribus et te Oddonem et Matheum fratrem tuum, et vestros heredes et successores, vassallos, fideles, jura, iurisdictiones et bona vestra castrum luci et castrum montis caperni predicta et eorum districtum, territorium, tenimenta et pertinentias meo posse et dicti communis Spoleti defendere ab omnibus et singulis civitatibus, terris, comitatibus, dominis et personis que contra te Oddonem et Matheum vestrum fratrem, vestrosque heredes et successores, et in dictis castris, districtu, tenimentis et pertinensis eorum aliquam guerram et molestiam facerent vel moverent perpetuo tanquam honorabiles cives comitatenses antiquissimos dicti communis Spoleti continuato tempore predecessorum vestrorum, et ipsos vestros vassallos et fideles tenere sub vestro dominio, potestate et iurisdictione, et non permictere quod dicti vassalli et fideles faciant aliquam comunantiam, nec stent vel morentur alibi in districtu civitatis Spoleti contra vestram voluntatem, et non recipere, nec permictere aliquem vestrum vassallum et fidelem facerent fieri civem vel in cictadinantiam in civitate Spoleti contra vestram voluntatem recipere seu recipi facere; renuntians adinvicem et una pars alteri et contra alteram exceptioni deceptionis, doli et metus, etc. Que omnia sic scribi rogavimus et mandavimus per notarium infrascriptum. Actum Spoleti in palatio communis Spoleti, presentibus dño Raynaldo de montone potestate, dño Locterio de Pistorio capitaneo civitatis Spoleti, magistro Philippo intendi priore, Symonicto thome, Raynallo symonicti, dño Paulo gualterii, dño Manente alberti, Matheo phylippi, dño Bartholo dñi jacobi, dño herrico dñi Manentis, dño Symone dñi riccardi, dño Jacobino dñi jacobi, [pag.364] ser Grifo de Montalcino not. communis Spoleti, et aliis pluribus testibus ad hec vocatis et rogatis.

Et ego Matheus henrigicti transarici de Spoleto pub. imperial. auctoritate not. his omnibus interfui et rogatus scribere, mandato predictorum Oddonis et Angelicti syndici scripsi omnia supradicta et publicavi.

(1) Questa sommissione (Inv. fogl. 130) non durò sempre salda, chè l'ultimo di giugno del 1324 *Angelutius de Peruxio, ordinis veri sepulcri jerusalem. procurator nobilium virorum Roberti, Petri et Andree quodam nobilis viri Mathei de luco, procuratorio nomine ipsorum, sicut de procuremente ipsius appareat manu Petri m. Angeli de Pedeluci not. sponte promixit nobili viro dño Vencio novo loco hoñ. potestati civ. Spoleti et Tilmanno Francie dñe Capate de Spoleti syndico et procuratore dicti communis Spoleti, sicut de syndicatu appareat manu mei not. etc. juravit... facere eis, recipientibus dicto nomine, et dicto comuni Spoleti, omnia que de jure dicti nobiles de luco, et eorum castrum luci comuni Spoleti facere tenerentur, et que ipsi et eorum antecessores soliti sunt et consueti actenus facere antedicto comuni, et non receptare in eorum castro predicto inimicos communis predicti Spoleti; et illi intelligantur et sint inimici communis Spoleti qui declarabuntur et dicentur sive eis significabuntur per dominum potestate et successores ipsius, vel aliquem ex suis successoribus, vel per eos vel alterum ipsorum per numptios vel litteras duxerint declarandos seu describendos, etc.* (Inv. fogl. 132). Nello stesso foglio sono registrati i due instrumenti del sindacato di Angeluccio e di Tilmanno. Anche questa promessa fu poco osservata. Vedi storia dei Comune di Spoleto pag. 203. - Luco e Piediluco sono luoghi dello stesso territorio. Luco è la rocca posta sul monte che ancora è in piedi, e Piediluco una borgata edificata a piè di quel monte sulla riva di un lago formato dal fiume Velino, che a non gran distanza, si precipita sul fiume Nera, e forma la cascata detta delle Marmore. È celebre l'eco di Piediluco che ripete netto un verso endecasillabo. Richiama in Piediluco l'attenzione di chi vi ai reca una chiesa con facciata di salda e non disadorna architettura medioevale.

Ai tempi di guerra che fu occasione alla sottomessione dei Signori di Luco e alle altre cose che ci si fanno manifeste per i documenti che seguono sotto i n. 77. 78. si rannoda anche la rinnovata sottomessione dei Signori di Casteldilago, i quali il 14 Luglio del 1302 promettevano *Dño Thome de Molgiano honorabili potestati, dño Cambio de Fidentis copitaneo civitatis Spoleti et subscripto notario tanquam publice persone recipientibus et stipulantibus nomine et vice communis*

*Spoleti et pro ipso comuni, tenere, manutenere et conservare Castrum lacus, pontem vassallos et jurisdictionem Castrilacus ad honorem et servitium spoletani communis, confessando di essere nel suo distretto, ne volendo ad alcun altro fare atto di sottomissione etc .... et non receptare inimicos communis Spoleti ..... et maxime illis de Abbadia Florentilli, Iteranempsibus vel Reatinis civibus, castellanis aut districtualibus dictarum terrarum..... et cum eis vel aliquo eorum partecipare, etc. sine licentia spoletani communis etc. E davano statichi per l'osservanza delle promesse.*

## LXXVII.

1298, 5 Luglio

*Bonifazio VII provvede a far cessare una discordia dei Signori di Luco e Spoleto con quelli di Labro e Rieti<sup>(1)</sup>.*

Bonifatius episcopus servus servorum dei dilectis filiis potestati, capitaneo et consilio et comuni spoletanis, ac nobilibus viris dñis castri de luco spoletane diocesis salut. et apost. benedictionem. Licet de singulorum ecclesie romane fidelium dissentionibus perturbamur, de illorum tamen qui sunt in terra ecclesie constituti commotionibus et scandalis tanto vehementius anxiamur quanto spetialis eorum nos et romanam ecclesiam adversa contingunt, et de ipsorum cogimur statu prospero cogitare. Sane nuper ad nostrum non sine admira [pag.365] tione, quin imo perturbatione pervenit auditum quod inter vos dños castri de Luco cum quibus super hoc vos comune spoletanum concurritis ex parte una, et dilectos filios nobiles viros dños castri de Labro reatine diocesis cum quibus in hac parte dilecti filii potestas capitaneus consilium et comune reatinum convenire dicuntur ex altera ex certis occasionibus sive causis discordie materia suscitata, partes hinc inde se parant ad brigam, ex qua totius patrie status dubitatur posse verisimiliter perturbari. Nos igitur periculis que inde pervenire possent obviare salubriter intendentes per apostolica vobis scripta districte precipiendo mandamus quatenus a quibuslibet bellicis artibus, et noxiis novitatibus incipiendis vel prosequentis inceptis contra dictum comune reatinum eiusque dictum et predictos dominos castri de Labro eorum fideles sive vaxallos et quoslibet alios occasione ipsorum penitus abstinere curetis. Nos enim inter vos et illos hinc ad festum dedicationis basilicarum beatorum apostolorum Petri et Pauli proximo futurum auctoritate apostolica treguas inducimus quas a die presentationis presentium sub excommunicationis in personas et interdicti in terras et loca non servantium, et aliis spiritualibus et temporalibus sententiis et penis iuxta nostrum arbitrium inferendis, precipimus inviolabiliter observare vobis nichilominus iniungentes ut vos potestas, capitaneus, consilium et comune spoletani per syndicum ad hec a vobis spetialiter constitutum; vos vero nobiles vel unus ex vobis personaliter per se ac vice et nomine aliorum, et pro hominibus ipsius castri de luco cum eorum sufficienti mandato, in decem dies post presentationem presentium compareatis preceptorie coram nobis, nostris super hiis mandatis et beneplacitis parituri et facturi et recepturi quod vobis duximus iniungendum. Datum Rome apud Sanctum Petrum. III nonas julii pontificatus nostri anno quarto.

(1) Questo Breve è inserito in una prima sentenza dei Cardinali Gerardo Vescovo di Sabina e Matteo diacono di S. Maria in Portico, (Inv. foglio 130) i quali dicono che simili lettere furono scritte ai Reatini e ai nobili di Labro, per la qual cosa si portarono in Roma i sindaci delle due parti; e v'andarono per Spoleto Matteo *Phylli*, per Rieti maestro Pietro Caselle, Oddo di luco v'andiede in persona per sè et procuratorio nomine *Mathei fratri sui* .... nec non provido viro magistro *Brectuldo de labro* per se et procuratorio nomine etc. Questi, dicono i Cardinali arbitri soprannominati, *in prefijo termino* (4 agosto) *Rome apud sanctum Petrum in hospitio nostri Mathei Cardinalis prefati comparentius coram nobis, quibus per eundem summum Pontificem huiusmodi negotium oraculo vive vocis commissum etc. mandaverunt Oddoni de luco per se etc. quod in hedificio faeto per eos vel per alios eorum mandato in monte Capernii non ultra procedant, nec aliquam novitatem faciant quousque per ipsum sanctissimum patrem super ipso hedificio et eius modo provideatur*; e dovevano lasciare che quel luogo e quell'edificio fossero intanto custoditi da un nuncio mandato dal papa e dai cardinali. Comandarono che tanto da una parte che dall'altra non si facessero altre novità ed offese, e dalle incominate si desistesse, e che la tregua e gli altri comandamenti contenuti nelle lettere apostoliche rimanessero fermi. *Super captiis vero captis hic inde mandaverunt quod non ledantur nec in personis, nec membris.* (Inven. foglio citato).

1298, 5 Dicembre

*I Cardinali Gerardo vescovo di Sabina e Matteo diacono di S. Maria in Portico decidono per commissione del papa, sulla discordia di cui al numero precedente (1).*

Nos igitur super his de santissimi patris et dñi nostri dñi Bonifatii divina providentia summi pontificis beneplacito et mandato.... ordinamus atque decernimus ut quicquid in dicto monte caperni ejusque pertinentiis a kalendis aprilis proxime preteritis citra hedificii steccatorum, fossorum, murorum, turrium aut cuilibet munitionis esse factum, aut alterius noxie novitatis sine more dispendio destruatur quicquid in dicto monte eiusque pertinentiis steccata, fossata, muri, turres seu munitiones quaslibet fieri vel hedificari non valeant, vel aliquid de novo fieri quod ad emulationem pertineant et quod possit scandalum generare, absque sedis apostolice spetiali [pag.367] licentia et expresse per dicte sedis licteras apparen-te, hiisque in predictis licteris apostolicis contra in sua nichilominus manentibus fermitate. Mandamus insuper providemus atque decernimus ut rivus seu aqua que currit seu transit iuxta castrum seu villam que anglesia dicitur non impediatur currere per antiquum et solitum suum alveum seu cursum, nec ponatur in eo alveo seu cursum unde dictis Matheo et Oddoni seu terris ipsorum nocumentum prestetur propter inundationem eius expositione seu introductione dicte aquae in novum alveum, seu ex deductione aquae ab alveo antiquo aliter prestetur si dicta aqua per solitum cursum transiret et quod factum esse contra, destruatur nec alias fiat indicto loco quod ad emulationem pertineat super aliis autem novitatibus que pro parte dictorum Oddonis et Mathey petebantur tolli et quibusdam aliis petitionibus eurundem utpote de petitione edifici cuiusdam turris seu domus tollendi seu tollende facti a kalendis martii preteritis citra, et quibusdam aliis articulis supersedemus ad presens ex quibusdam considerationibus et propter instantem recessum dñi nostri et curie romane de Reate, et assignamus partibus terminum in quem compareant [pag.368] coram nobis per se vel per procuratores legitimos diem dominicam qua cantatur «nuptie facte sunt». Cumque treugas induxerimus usque ad festum proxime resurrectionis dominice, ipsas volumus inviolabiliter observare et eas de novo inducimus ad abundantiorem cautelam et districte servari mandamus. Iniungimus etiam ipsi Oddoni et Matheo, et procuratori ipsorum pro eis ut barcham de Labro restituantur et restitui faciant, seu valorem infra octo dierum spatium. Mandamus etiam ut presertim durantibus treugis homines civitatis Spoletane et districtus et vassalli dictorum O. et M. de castro luci possint secure venire reati et in districtu eius, et converso reatini et dñi de Labro et vassalli eorum et homines de districtu reatino libere possint ire Spoletum et in districtu eius. Ceterorum reservamus nobis potestatem disponendi et mandandi per quos huiusmodi destructio fieri debeat, et permicti fieri, et compellendi spiritualiter et temporaliter eos qui supra hiusmodi destructione vel rehedificatione pronuntiaverint et provisionis nostris immo potius apostolicis se opponerint ac inobedientes et contradictores infames vel rebelles, et invocandi si opus fuerit brachium seculare. Mandamus insuper quod Corraducio cursori dñi nostri pape quod custodivit dictum montem capernum expensiis et stipendiis suis, eiusque stipendiariorum plenarie satisfiat, ac notario qui in istis negotiis laboravit et hiis qui diruent novitates factas in dicto monte et pertinentiis suis q. do si....d quibus et per quos in antea disponemus. Actum Reate die veneris v. decembr. Ann. dñi MCC nonagesimo octavo Pontif. dñi Boñfatii pp. viii. añ. quarto etc.

(1) Inven. fogl. 131 tergo. Ciò che precede è il Breve stampato sotto il numero settantasette, e la ingiunzione fatta ai contendenti il 4 giugno di cui ho riportato la parte essenziale nella nota a quel Breve. L'inventario contiene alcuni altri documenti che riguardano il nominato castello di Agnese, che è opportuno riferire in questo luogo.

Il 6 d'aprile 1302 *maiori et generali consilio civit. Spol. in palatio episcopatus dicte civitatis, de mandato nobilis et potentis militis dñi Thebaldi de Montelupone laudabilis potestatis, nec non sapientis viri dñi Cambii de Camerino honorabilis capitanei eiusdem civitatis, more solito congregato, Idem dñus potestas et capitaneus suddictis una cum priore et officio dicte civitatis etc. fecerunt etc. magistrum Thomam Nicolai canonicum ecclesie Sancti Gregori de Spoleto, absentem tanquam presentem, legitimum syndicum etc. ad comparendum coram sanctissimo patre et domino dño Bonifatio summo pontifice, occasione litterarum per reverendos patres et dños, dominos Gerardus olim sabinensem episcopum et dñm Matheum Sancte Marie in portico diaconum cardinalem transmissarum potestati, capitaneo consilio*

*et comuni civit. predicte, videlicet et super eo quod fecerunt et crearent syndicum et procuratorem legitimum ordinatum ad comparendum coram prefato summo pontifice super hiis que in predictis litteris plenius continetur; et spetialiter super pacis articolo et demolitione turris seu roche Agnetis et ea contingentibus, etc. (Inv. fogl. 133).*

V'è poi la lettera onde per commissione del papa, il cardinal Matheo vescovo di Porto e di S. Rufina comanda ai Reatini *ut arcem et fortilitia de Agnese, eiusque burgum, infra certum terminum tunc prefixum faceretis religioso viro fratri Uguctioni de Vercellis ordinis militie templi et dñi pape cubiculario libere assignari etc.* Questo Ugguzione cavaliere templare, era mandato con un breve pontificio, dato in Anagni x kalendis augusti, anno octavo (1302), e da lui pubblicato con istruimento fatto in Piediluco il 3 di Agosto. In questo breve si legge ..... *Cum igitur dudum dilecti filii communantia Spoletona ex parte una et reatina ex altera, humani generis inimico surgente, discordias bellicis forent dissidis concitata, omnes fortillitia et novitates factas ad emulationem per Utrumque comune eorundem ex quarum erectione pars maxima ipsius dissidii procedebat mandamus demoliri. Idemque Spoletoni super hec nobis plenarie paruerint. Cumque sola ars sive fortellitia de Angese de dictis novitatibus penes eosdem Reatinos remansisse intacta, ipsam dilectis filiis nobilibus viris de labro per Reatinos ipsos restitui et assignari mandavimus. Nunc autem ad omnem materiam scandali precidendam arcem seu fortilliam ipsam licet juxta mandatum nostrum huiusmodi fuerit prefatis nobilibus resignata, tolli et demoliri volentes, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus ad locum ipsum te personaliter conferens eamdem arcem et omnem novitatem ibidem factam et costructam destrui facias ac et demoliri, inhibens auctoritate nostra ne per quoscumque deinceps alia fiat novitas, seu quicquid rehedicetur ibidem. Contradictores per temporales penas, appellatione posposita, compescendo, Nos sentempsias seu penas temporales quas rite tuleris vel statueris in rebelles, ratas habebimus et faciemus auctore domino inviolabiliter observari* (fogl. citato). Trovasi da ultimo la relazione intorno alla demolizione del castello di Agnese, e come dñs Huguccio post perfettam demolitionem arcis, turris, fortilitie seu burgi de Agnese, et exacta consumatione omnium sibi iniunctorum de mandato summi pontificis ac dñorum cardinalium ..... oraculo vive vocis, interdixit et inhibuit sindico ..... et hominibus quondam dicte arcis ..... faciant aliquam novitatem seu quicquid rehedicarent per se vel alium seu alios ibidem etc. fogl. 134.

## LXXIX.

1299, 11 Aprile

*Sentenza onde il Comune e alcuni cittadini di Spoleto vengono assolti dall'accusa incorsa per aver demolito un palazzo nel poggio di Castelritaldi* <sup>(1)</sup>.

Nos Angelus de Reate legum doctor et Petrus Vaiani de Urbe ducatus Spoleti Judices et vicari generales per maiginicum et potentem virum dñm [pag.369] Brectoldum de filiis Ursi ipsius ducatus per sanctam romanam ecclesiam generalem rectorem. Quum potestatem, consilium, comune civit. Spol. et infrascriptas personas, scilicet dñm Gentilem dñi Ugolini, dñm Paulum dñi Gerardi, etc. de civit. Spol. contra quos per inquisitionem processimus super eo videlicet quod dicebatur quod predicti, anno proximo preterito de mense octubris, iverunt, insultaverunt et fecerunt exercitum et cavalcamat cum equis et armis et marmorariis et tuba et ferris vastatoriis ad Castrum litaldi, et devastaverunt et prostraverunt palatum communis Castrilitaldi, quod palatum dicebatur esse factum ad honorem Sancte Romane Ecclesie, et super aliis in ipsa inquisitione contentis. Super quibus potestatem, consilium et comune Spoleti predictos et predictas spetiales personas legitime citari fecimus ut certo termino, jam elapso, coram nobis dño [pag.370] Petro et nostra curia comparire deberent excusaturi se ab inquisitione predicta. Pro quibus potestati, consilio, comuni et predictis spetialibus personis magister Philippus baracti, syndicus et procurator predictorum potestatis consilii etc. qui juxta mandata nostra et nostre curie, excusando se a dicta inquisitione nomine predictorum, dixit et confessus fuit quod predicti spetiales in ipsa inquisitione contenti de licentia, voluntate et mandato, potestatis et communis Spoleti iverunt ad podium Castrilitaldi in quo hedificatum erat dictum palatum de cuius destructione agitur, et ipsum palatum destruxerunt et destrui fecerunt de licentia et mandato dicti potestatis et communis Spoleti; et quod predicta fecerunt tanquam de re et iure communis Spoleti et quod dictum podium et quicquid erat et est in dicto podio fuit et est communis Spoleti et iuris et possessionis dicti communis Spoleti. Cui syndico et procuratori predicto ad defensionem suam fatiendam super inquisitione predicta fuit certus terminus assignatus intra quem dictus syndicus et procurator, nomine et vice consilii et communis Spoleti et nomine predictorum spetialium personarum, quedam iura et instrumenta produxit per quem videtur ipsum podium esse communis Spoleti, et iuris et possessionis ipsius communis Spoleti. Item super eo quod

per inquisitionem processimus contra potestatem, consilium et comune civitatis Spoleti, quod tempore et loco in ipsa inquisitione contentis receptaverunt exbanditos curie generalis ducatus, et fecerunt contra constitutiones dñi Rectoris provincie in preiudicium et gravamen S. Romane Ecclesie et dicti dñi Rectoris. Ideo predictos potestatem et consilium et comune Spoleti et predicas spetiales personas et dictum magistrum Philippum syndicum et procuratorem predictorum presentem a dictis inquisitionibus et ab omnibus hiis que in dictis inquisitionibus continentur in hiis scriptis similiter duximus absolvendos, volentes nihilominus et mandantes omnes processus, sentempsias, condempnations factas tempore nostri regiminis tam contra comune Spoleti quam et contra spetiales personas dicte civitatis et eiusdem districtus nomine dicti communis usque ad vigessima die mensis martii proximi preteriti esse cassas et cancellatas, et nullius valoris sint, nec habeant aliquam firmitatem. Lata, data et proumptiata fuit dictam absolutionis sentempsiam per supradictos judices et vicarios pro tribunali sedentes ad bancam iuris de Fulgineo in claustro domorum filiorum quandam dñi Corradi trinzie, ubi generalis curia dñi ducis residet, et lecta et scripta per me Petrum de dutio in dicta provincia notarium generalem ad maleficia deputatum per supradictum rectorem, pre [pag. 371] sentibus domino Raño, de Fulgineo, dño Girardo Archidiacono spoletano, Paganello massaronii, Jacobucio domine paule de Spoleto, dño Angelo petri de Assisio, dño Ottaviano de Cassia, Groffo de Fulgineo, magistro Latino de Assisio, magistro Phylippo de Cerreto, magistro Antonio de Fulgineo not. curie generalis, et pluribus aliis testibus. Sub anno dñi millemo ducent. nonagesimo nono, temporibus dñi Bonifatii pp. mensis aprilis die xi. Ind. xii.

Ego Nicola de tignoscis de fulgin. imperiali auctoritate not. et judex ordinarius prout inveni et legi in ipsis actis, nil addens vel minuens fraudolenter, nisi punctum vel sillabam ignoranter abmissam, ita fideliter exemplavi et de mandato et auctoritate supradicti dñi Petri vaiani judex et vicarius generalis ducatus predicti, trascrpsi, et publicavi sub anno millemo ducentesimo nonagesimo nono xii. Ind. die xiii. mensis aprilis, tempore dñi Bonif. pp. viii. Que auctoritas per supradictum dominum Petrum judicem et vicarium antedictum apprestata fuit in Fulginie in domibus filiorum dñi Corradi dñi trincie coram dño Matheo priore Sancte Marie de Nuceria, dño Ferrata cresiarelli, dño Munallo de ser....., dño Masseo dñi Andree, Corrado dñi Anestaxii de Fulgin. et aliis pluribus testibus inde vocatis.

(1) Inv. fogl. 98. - La demolizione di quel palazzo di cui si parla nella sentenza, aveva avuto dei precedenti di cui lo stesso inventario ci ha conservato il ricordo. Il 1281 l'undici di settembre Messer Giovanni della Torre sindaco spoletino, *constitutus coram domino Johanne de Moralis duce* (cioè rettore) *ducatus Spoleti, in palatio ubi ipse dñs dux moratur in civitate Asisii*, protesta che Castelritaldi, Giano, Montecchio, Castagnola e Mazzano sono del comune di Spoleto di pieno diritto ecc. (fogl. 97). - Nel 29 dello stesso mese fu in Spoleto tenuto consiglio, convocato *de mandato discreti viri dñi Raineri de Stolatoribus vicarii nobili viri dñi Alberti de Aremundis potestatis dicti communis*, nel quale consiglio si deputò sindaco, procuratore e nuncio speciale *Petrum Johannis* (credo Parenzi) per vietare agli uomini di Castelritaldi di edificare nel poggio e territorio del medesimo.

Il 30 Settembre il Sindaco diede effetto al mandato, e convocati gli uomini di Castelritaldi innanzi alla Chiesa di S. Marina di quel luogo, *eosdem et quemlibet ipsorum cum denumptiatione et protestatione requisivit et appellavit ne debeant de novo aliquid construere, facere vel edificare etc. in podio Castrilitaldi et territorio dicti podii, et maxime in casalenis et terra pertinentis ad homines dicti communis Spoleti, que casalena et terra sunt inter hac latera, seu juxta vias a duobus lateribus, et juxta mercatale, et juxta possessionem Taddioni nassi, et alia sua latera. Et ad maiorem cautelam predictus Syndicus, habens tres lapides in manibus, pro ipso comuni Spoleti hominibus predicti Castri pro ipso Castro et universitate, et qualibet syngulari persona undecumque sit qui ibi vellet hedificare vel hedificari facere, etc. per trium lapillorum jactum, palam et publice novum opus denumptiavit et maxime inscriptis seu Bordono transarici, qui dicebat se rectorem dicti castri, Taddiono nassi, Philippo Albertucii, Nicolao ample, Nicolao intracorte, Leonardo ncolai, Succio acti, Palmicto jacobini, Francescono barilis, Bartholono dñi manentis, Gregorio marinelli, Ranaldo giloni, Angelico giloni, Speranze tardoni, Thome fillizani, Blaxio justi, Benadatto gregorii, Johanni benadatti et aliis pluribus etc.* (Carte dell'archivio, e Inv. fogl. 98). - Anche nel 1284 il 5 di novembre, il sindaco di Spoleto Andrea di messer Gerardo rinnovo una protesta somigliante (Inv. fogli 98). E più forse se ne fecero in più tempi, sinchè nel 1310 il 22 di ottobre, come si vede da istruimento che ho citato anche altrove, per nuova sottomissione che i Castelritaldesi fecero al comune di Spoleto, n'ebbero *licentiam et potestate faciendi costruendi etc. castrum in pogellari antico castrilitaldi et ibi faciendi domos, et habitandi et morandi .... in servitium et honorem communis Spoleti etc.* (Carta dell'Archivio di Spoleto, e Invent. fogl. 99).

1299, 6 Ottobre

*Sentenza della Corte del ducato contro Monteleone per le ostilità commesse a danno di Vetranula. (¹)*

In nomine dñi Am. Nos Petrus Vaiani de urbe in ducatus provincia judex et vicarius generalis per magnificum virum dñm Bertuldum de filiis Ursi, eiusdem ducatus generalem per Sanctam Romanam Ecclesiam rectorem. Dudum universi [pag.372] tatem et homines, consilium et comune castri Montis Leonis, ipsorum contumacia culpa et excessibus per eosdem patratis exigentibus, super eo quod dicebantur de anno presenti et mense septembbris proximi preteriti hostiliter ivisse et accessisse cum vexillis explicatis et tubis ad castrum Vetranule jurisdictionis et districtus Civitatis Spoleti, expugnando dictum castrum Vetranule, volendo ipsum destruere, interficienes et occidentes in expugnatione et prelio supradicto Scotum Spretrei, Covote et Marchesem Symaroni de Spoleto sergentes dicti castri; et capiendo quam plures homines et personas in districtu dicti castri, bestias, seu boves, pecudes et alias bestias, et ipsos homines captos detinuisse mancipatos carceribus contra honorem sancte romane ecclesie et dñi rectoris predicti, et contra mandatum et inhibitionem eis factam per dominum rectorem supradictum, prout in actis dicte curie et in ipsa inquisitione plenius continetur de nostra curia, et tota provincia ducatus ipsorum contumacia, exigente iustitia, diffidari fecimus, ac etiam exbandiri iuxta tenorem et formam constitutionum nostrarum et nostro arbitrio in quingentis marchis argenti, nisi infra certum terminum in ipso banno contentum, coram nobis et nostra curia secundum mandata nostra et dicte curie, et se in quantum possent excusaturi de dictis excessibus legitime et per homines comparerent, de solita benignitate diutius expectati, neglexerint contumaciter comparere. Idcirco [pag.373] Nos vicarius supradictus ne de ipsorum contumacia glorientur in quingenti marchis argenti, computato dicto bando in condempnatione presenti, dandis et applicandis et cum effectu solvendis Romane Ecclesie et dñi Rectoris Camere in hiis scriptis et omni modo et iure quibus melius possumus smaliter condempnamus.

Lata et pronuntiata fuit dicta sentempsia per supradictum dñm vicarium in civitat. Fulgin. ipso pro tribunali sedente ad bancham juris, presentibus magistris Bartholomeo, Jacobutio de Urbe notariis curie dicti dñi Rectoris, magistro Philippo de Pizzutis, magistro Ranutio, domino Angelo de Asisio et aliis pluribus testibus. Sub anno Millmo ducentesimo LXXXVIII. Ind. XII. die VI. octubris. Pont. dñi. Bonifatii. pp. VIII. Anno ejus v.

(1) Carta nell'Archivio del Comune. In testa alla medesima si legge una precedente sentenza che, per quel che riguarda la parte storica del documento, contiene espressioni eguali alle qui pubblicate. Monteleone aveva rinnovato la sommissione a Spoleto in un istruimento del 22 Ottobre 1294, in cui Anastasio di Offreduccio, sindaco di quel luogo, in nome del medesimo, *ratificat et confirmat dationes, donationes, concessiones promixiones, conventiones et pacta olim factas et facta ac promissa per Petrucciolum dñi Tiberti etc.* (mandato ad Anastasio, ed istrum. di conferma. Inv. fogl. 80). Ora aveva di nuovo scosso il giogo, nè ritornava a soggezione che il giorno 9 giugno 1299, in cui il sindaco Giacomo di Giovanni di messer Theodino di quel castello, venne *coram nobili et egregio viro dño Anterminello de Anterminelii de lucha capitañ civit Spolet..... et promixit et juravit..... parere, obedire et stare et facere, etc. mandatis et preceptis..... ipsius dñi capit. recipienti nomine communis Spoleti etc.* (Inv. fogl. 83.). - Ciò che fu poi, per così dire, ribadito il 20 novembre 1300 dal Sindaco Pietro Acti, che promise di stare ad obbedienza del comune di Spoleto e suoi podestà, capitani e priori, e di più: *restituere et reddere cum effectu homines et universitatem hominum castri Vetranule, omnia et singula bona ipsorum hominum dicti castri Vetranule, quetare et remictere ipsi comuni ad mandatum et plenam jurisdictionem communis Spoleti, reducere predictos homines dicti castri et ipsorum bona et omne jus, si quidem habebat vel habet ipsum comune sive universitas Montisleonis, et omnem usum et usantium que habebat vel habere potuisset in dictis hominibus castri Vetranule et bonis eorum ..... comuni Spoleti, confitens, affirmans et asserens in ipsis hominibus vel bonis eorum jus aliquem non habere etc.* facendo inoltre promessa solenne di prestare tutti gli omaggi e tributi sino allora dovuti, e osservare tutte le convenzioni e promesse fatte in passato, come riferii nella Storia (pag. 129, 130) e come si può vedere nell'inventario, ai fogli 84, 85 -.

*Bonifacio VIII toglie alla Badia di Ferentillo la signoria su quelle terre, e ne investe il Capitolo Lateranense<sup>(1)</sup>.*

Bonifatius episcopus Servus Servorum dei Dilectis filiis Capitulo Ecclesie Lateranensis salutem etc. Sane monasterium de Ferentillo propter malitiam quorundam Abbatum et Monachorum ipsius monasterii qui fuerunt pro tempore, ac etiam infidelitates et rebelliones vassallorum eiusdem Monasterii atque diversas discordias quas interdum dictum monasterium [pag.374] cum nonnullis ex vassallis ipsius, et quandoque iidem Abbates et Monaci inter se, et quandoque dicti vassalli ad invicem habuisse noscuntur; quarum quidem discordiarum occasione duo ex Abbatibus Monasterii interficti fuerunt, et in spiritualibus et temporalibus enormiter est collapsus. Nos autem plenis desideriis affectantes opportuna remedia invenire per que utilis et salubris reformatio dicto Monasterio et membris eius valeat pervenire, occurrit nostris prospettibus quod circa huiusmodi reformationem faciendam est ipsi Monasterio vestri favoris et auxilii presidium plurimum opportunum. Ut autem vos eo faciliores et promptiores in manutenendis et defendendis bonis et iuribus potiorem gratiam ex nostra providentia fueritis consecuti, ecclesias et cappellas seculares, castra, villas, terras, vassallos, molendina, aquas, aquarum decursus, terras, possessiones cultas et incultas, silvas, bona stabilia et mobilia, jura, actiones et omne merum et mistum imperium et jurisdictiones in vestris vassallis, terris, villis predictis, ac territorio seu districtu monasterii predicti, eidem monasterio competentia ubilibet consistentia vobis et eidem ecclesie vestre, auctoritate apostolica, conferimus et donamus et ea in vos et ecclesiam ipsam transferimus etc. de apostolice potestatis plenitudine. Salvis reliquiis, crucibus, paramentis, vasis argenteis seu aureis et aliis pertinentibus ad divinum cultum et eius ornatum; ac reservatis eidem Abbat et monacis hortis apud ipsum monasterium existentibus pro oleribus eorundem que volumus ad dictum monasterium, Abbatem et monachos pertinere. Ac in huiusmodi collatione, donatione et translatione venire vobis ingrediendi et apprehendendi auctoritate propria pro vobis et dicta ecclesia vestra possessionem, vel quasi omnium patronorum alicuius affectu minime requisito, liberam licentiam concedens etc. Statuimus insuper quod [pag.375] perpetuis futuris temporibus, per vos Abbat qui nunc est et prout pro tempore fuerit pro ipso et tribus famulis eius triginta sex, singulis vero monacis eiusdem monasterii presentibus et futuris duodecim rubra de meliori frumento quod ex terris et redditibus dicti monasterii colligitur pro ipsorum Abbatis famulorum et monachorum pane etc. ministretur, etc.

(1) Da un quaderno cartaceo esistente nell'Archiv. Com. di Spoleto. - È un transunto al fine del quale si legge: *et deinde sequuntur nonnulla dictis Abbat et Monacis pro dictum capitulum danda.*

Un documento dei 1304, trascritto in transunto nello stesso quaderno, mostra che gli Spoletini trovarono modo di conservare in qualche maniera la loro antica giurisdizione nello stato della Badia, che convennero con i canonici Lateranensi che il Comune di Spoleto eserciterebbe la detta giurisdizione come loro Vicario. Gli uomini di Ferentillo, convocati *mandato nobilis militis dñi Piccardi dñi Manentis de Spoleto vicari in dicta Abbatia pro comune Spoleti, et auctoritate, et licentia, balia et potestate dicto Comuni data per dñm Antonium et dñm Johannem ferrantem canonicos Lateranensis Ecclesie, sindicos procuratores et actores Capituli et Ecclesie predicte etc. fecerunt etc. Jacobinum Rainaldini sindicum etc. ad faciendum, promittendum et curandum facere et observare mandata et precepta alte et basse Capitali Ecclesie Lateranensis etc. ac etiam ad faciendum, promittendum et iurandum in animabus dictorum hominum et vice et nomine dicte universitatis et hominum Abbatie potestati communis Spoleti, et sindico ipsius communis et stipulantibus nomine communis Spoleto etc. parere et obedire perpetuo omnibus et singulis preceptis et mandatis communis Spoleti et tamquam Vicario dicti Capituli Lateranensis et illius et illorum qui electus est et eligetur in futurum per comunem Spoleti etc.* - Del dominio del Capitolo Lateranense nello stato di Ferentillo rimase sino ai giorni nostri un ricordo nella giurisdizione spirituale che quello conservò in que' luoghi; questa, che era esercitata da un Vicario Generale, fu nel 1852 trasferita da papa Pio IX nell'arcivescovo di Spoleto, come notai altrove.

## INDICE

### PARTE PRIMA

Prefazione	Pag	5
Severus Minervius R.D.F. Erulo Episcopo Spoletino	«	11
De Rebus Gestis atque Antiquis Monumentis Spoleti		
Liber Primus	. «	13
Liber Secundus	«	73
Alcune notizie intorno al Minervio	«	103
Frammenti degli Annali di Spoleto di Parruccio Zampolini	«	109
Commentarium Thomae Martani	«	171

### PARTE SECONDA

Documenti Storici del Secolo XII	«	195
Documenti Storici del Secolo XIII	«	213